

ANNOT. AD DISC. VI.

IN causa Maceraten. seu Tolentina contenta in hoc discursu, aliud sequitur non est, dum ob cautelam a me consultam, removendi scilicet exinde familias colonorum, & operationum, qui quondam populi speciem constituebant, & adeo curae animarum, & administrationis Sacramento, ac iurium parochialium cessaverit occasio, sublatam fuit questionis radix, & causa productiva, cum revera, posita sit in illa Diocesis limites, punctus non videretur sustentabilis, atque resolutio iusta remaneret.

A S T O R I C E N. SEU NULLIUS JURISDICTIONIS, PRO ABBATE OPPIDI VILLE FRANCHÆ, CUM EPISCOPO.

Causa decisus per Rotam pro Abbate.

De omnimoda jurisdictione quasi Episcopali cum territorio separato competere Prælati inferiori privative ad Episcopum ex privilegio Apostolico. Et de ipsius privilegii executione, & effectuione.

De laudo, an valeat in bonis, & iuribus Ecclesiarum sine beneplacito Apostolico; Et quando istud adesse dicatur præsumptum ex lapsu temporis.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 De materia remissionis, quando datur, vel denegatur.
3 Ad Papam pertinet territoria dividere, vel unire, ac loca Nullius constituere.
4 Dari non potest de non usu legis, vel privilegii habentis Decretum irritans, & leges Pontificie non egent acceptatione populorum, &c. n. 6.
5 Effectivatio in parte, operatur effectuationem in toto.
6 Declaratur conclusio, de qua, n. 4.
7 Quomodo sit probandus non usus legis, vel privilegii.
8 Quando interruptio facta ex parte Episcopi præiudicat jurisdictioni Prælati inferioris.
9 Privilegium recipi interpretationem ab usu, & potest ex ipsi dimissionem, si non totalem destructionem.
10 Advocati Romane Curie cur dici possint nobiliores Advocatis aliorum locorum, & de ratione.
11 Compromissum in bonis, vel iuribus Ecclesie cadit sub extraneam aganti arbitrio, & si non potest sine solemnibus.
12 Cardinalis assertio de viva voce oraculo per Papam sibi tradito, an sit credendum.
13 Quando beneplacitum Apostolicum præsumptum non intret, licet concurrat lapsus temporis ad id sufficientis.
14 De constitutione Urbani VIII. tollente beneplacitum præsumptum, ut non procedat ubi inter duas Ecclesias.
15 Ad Beneplacitum præsumptum non sufficit tempus, nisi cum eo concurrat observantia vera, & pacifica.

D I S C. VII.

CLEMENS VII. de anno 1533. Oppidum Ville Franche in diocesi Astoricensi, ab ista dismembravit illudque, excepta collatione ordinum, quam Episcopo reservavit, omnimode jurisdictioni Abbatis Ecclesie Collegiate ejusdem loci subieci, ita ut ille loci Ordinarius diceretur, Episcopo autem hanc innovationem agere ferente, supponitur Cardinalem Quinentium, ex viva voce oraculo per Paulum III. sibi attributo ac etiam uti arbitrum a partibus electum, una cum Marchione de Anguillar pariter arbitro electo, Carolo V. tunc Hispaniarum Rege approbante, de anno 1538. laudum protulisse, prælati Indulti Apostolici in multis partibus, ac jurisdictionis speciebus moderatum, præsertim, circa cognitionem causarum criminalium, & matrimonialium, aliorumque graviorum, ac etiam ut Abbatibus provisorio, seu infinito, semper & in quocumque vacationis casu, ad Episcopum spectare deberet.

Illud laudum occasione dedit Episcopo continuandi exercitium jurisdictionis in plerisque speciebus, quamvis

etiam Abbas ad formam indulti eandem jurisdictionem quoque exercere curasset, ita tamen quod nemo pacificus possessor dici posset, donec occasione exorte inter eos controversia super jure volentium voluntatem puellarum Monasterium ingredi volentium, ut ibi professionem emitterent, introducta est illis coram Nuncio Hispaniarum, qui manutentionem in possessore concessit Episcopo; Et introducta per appellationem causa in Rota coram Cerro, assumptaque disputatione super puncto petitorio, An constaret de jurisdictione Abbatis privative ad Episcopum, sub die 19. Junii 1654. affirmativa proliit resolutio pro Abbate, ac expedita ad normam decisionis sententia, commissaque in gradu appellationis causa in eadem Rota coram Celio sub die 4. Junii 1655. pro dicta sententia confirmatione responsum fuit, ut patet ex dec. 200. inter impressas ejusdem Celsi, & successivè sententiarum, atque commissa in tertia instantia causa coram Bevilacqua, cum sub die 27. Junii 1657. ex hac parte Abbatis assumpta esset disputatio super dictarum sententiarum confirmatione, fuit ex parte Episcopi petita, & concessa remissio ad probandum articulatam pacificam immemorabilem, & centenariam possessionem fidei jurisdictionis, per quam probationem pro Episcopo agentes dicebant eam remanere de clarum decisionum fundamenta, quoniam ita probaretur Beneplacitum Apostolicum præsumptum super laudo, ut supra per Cardinalem, & Marchionem emanato.

Et quamvis juxta regulas, dicta remissio upote calumniose perita super materia improbabili denegari probabilibus debeat, nihilominus cum hæc sit materia merè arbitraria, in qua pro concessione, vel denegatione nunquam certa, & determinata regula dari potest, atque in dubio Tribunal satis proclivum sit ad concessionem, potissimè vero ubi agit de causa gravi, & de tertia instantia, quanto facilius ob irreparabile præjudicium concedi solet, idcirco concessa fuit, deventoque ad curiam post longum interitium biennii, & ultra processit remissoria, non curantibus post multas intimationes agentibus Episcopi informare, sub die 14. Junii 1660. cor. eodem Bevilacqua, solo Abbate informante responsum fuit pro sententiarum confirmatione, approbandum cum aliquo pinguiori calamo in decisione desuper edita fundamenta deducta in præcedentibus decisionibus coram Cerro & Celio. Addita hinc responsione teltibus remissorialibus, upote non bene articulatam immemorabilem, & centenariam probantibus, dum de contrario convicti erant ex publicis scripturis, publicisque actibus judicialibus probantibus in Abbate jurisdictionis exercitium, & in hoc ita remanere causa, quod sciam.

Fundamenta dictarum decisionum in eo potissimè consistunt, quod licet Episcopus fundatam habeat intentionem in assistentia juris super omnimoda Episcopali jurisdictione in clerum & populum fidei diocesis, ac omnibus locis in ea sitis, neque dubitaretur de hujus Oppidi situatione intra suam diocesim; Nihilominus cum ad Papam spectet diocesim, & territoria separata, dismembrare, vel unire, atque contineri consistit de privilegio Pontificio super hujusmodi Oppidi dismembratione, transferendo universam jurisdictionem in Abbatem, dicebatur hic effectus loci Ordinarius, tanquam Nullius, & extra quocumque diocesim, juxta auctoritates sæpè decantari solitas super ista propositione, que ut dictum est in Tolentina disc. 1. & in aliis, potest hodie prædictam tanquam de iure absoluta, prout scribentes pro Episcopo eam admittant, cum de potestate Papæ in his dubitandum non sit, unde propterea tyronum partes potius esse videntur, desuper allegationes, vel retractare, vel desiderare.

Insistebat tamen super eisdem indulti effectuatione, ac non usu, per quem illud præscriptum esset, ex recepta pariter juris propositione quod privilegia per non usum, vel contrarium usum legitime præscriptum quoque amittuntur, Ac etiam super dicto laudo, quod de viva voce Pontificio Oraculo emanato dicebatur super dicti indulti moderatione, ad ejus limites, pro Episcopo agentes dabant manus, ut Abbati in actibus reservatis jurisdictionis exercitium permitteretur, atque in his duobus fundamentis consistebat Episcopi oppositiones.

Ad primum motivum non effectuationis, seu contrarii usus, Ego & ceteri pro Abbate scribentes, duas dabamus 4. rationes per Rotam admittas, unam nempe quod ob depositionem irritans in eodem indulto contentum dari non poterat de non usu, quodque leges, vel provisiones Pontificie non egent subditorum acceptatione ad illarum efficaciam & operationem ut infra, idcirco ob infectionem cu-

julsumque actus contrarii a dicto decreto irritante resulantem, dari non potest de non usu, vel de usu contrario illarum destructivo, Cavaler. dec. 77. & 85. Merlin. dec. 814. Burat. dec. 704. & in aliis frequenter.

Et alteram facti, quod scilicet de indulti effectuatione, & usu facti constabat ex tot actibus jurisdictionalibus per Abbatem exercitis, quorum aliqui juxta naturam causæ universalis inducunt, & conservant possessionem in universum, ex deductis in Tolentina disc. i. Ac etiam quia effectivatio in parte, operari dicitur effectuationem in toto, Cavaler. dec. 408. n. 6. & 149. n. 7. adden. ad leg. dec. 557. n. 7. Quinimo dicebamus, ex ipsomet secundo fundamento laudi, ex parte Episcopi deducto, ad oculum probari usum ac effectuationem privilegii, dum de illius tantum moderatione in parte laudum agit, ita ut hæc duo fundamenta essent pugnantia, & contradictoria.

Prima responsio, Mihi, quamvis more Advocati, cum 6. aliis cum deducitis, ad veritates tamen reflectendo, cum placebat, unde mirabar quod admittenter; Verissima siquidem est jam dicta propositio, quod Pontificie leges, & provisiones, potissimè in his materiis in quibus decernit uti Pontifex, non indigent ad perfectionem, & validitatem eo requisito consentiens subditum, quod in legibus Principum secularium de jure desideratur, quia ejus potestas est immediate a Deo, non quem a populo, Suar. de legib. cap. 16. & 17. lib. 4. Nav. cons. 1. n. 19. & seq. de cons. Ror. dec. 365. n. fin. post Genes. de Cons. & dec. 194. n. 14. & seq. p. 4. rec. tom. 2. ubi declaratur, & leges Papales tolli ex contrario usu eidem Papæ notu, ob ejus tolerantiam, & implicitam revocationem.

Prout vera etiam, ac recepta est altera propositio per decretum irritans infici quocumque contrarium possessionem, vel consuetudinem, sed utraque procedit in Constitutionibus, seu provisionibus pro bono publico, & per viam legis in universum emanatis, quibus privatorum non usus, vel contrarius usus, & sic factum positivum, vel negativum præjudicare non potest, nisi talis actus esset ad id notorius, atque eidem Pontifici, vel ejus successoribus notus, quod exinde ex ipsius tacta consensio legis abrogatio deduci valet, ut dictum dec. 194. n. 18. & seq. par. 4. rec. tom. 2. Secus autem ubi agitur de privilegii & indulti particularibus, per viam gratiæ agitur, vel Universitari concessis, quia cum beneficia non conferantur in invitos, & quilibet possit suo juri ac favori renunciare, nil prohibet, ex non usu, vel contrario usu legitime præscripto, tale privilegium regulariter odiosum, & strictè intelligendum, tanquam ex tacita renunciatione suam operationem amittere, ut ita distinguendum habetur dec. 231. par. 5. rec. & apud Orthobon. dec. 229. n. m. 6. & sæpius in aliis, quia est distinctio vera, & rationalis.

Solidiorem reputabam alteram responsionem, quia cum non usus, seu contrarius usus admitteretur tanquam præscriptio juris certæ, & radicati ex dicto indulto resultantis, opus est illum probare cum requisitis præscriptionis, quorum illud magis est essendiale, possessionis pacifice non interrupte pro toto eo tempore, quod juxta præscriptionis qualitatem de jure exigitur, cum actus contrarii non solum causare dicantur interruptionem temporis, sed etiam inducant malam fidem, qua concurrente hodie de jure canonico nunquam datur præscriptio ad notum text. in c. fin. de prescrip.

Et licet scribentes pro Episcopo, cum eisdem fundamentis de quibus in dicta Tolentina jurisdictionis, disc. i. dicebant de hujusmodi actibus ab Abbate gestis, habendam non esse rationem, upote ab Episcopo semper interruptis, atque a majori numero suffocatis. R. replicabam tamen, hujusmodi responsionem majori momenti esse, quodies ægeretur de acquirenda jurisdictione per Prælatum inferiorem ex solo jure prescriptionis, atque ex beneficio longævæ possessionis, quo casu quæcumque interruptio ex parte Episcopi probata sufficere videretur, nisi actus interruptio nem importantes essent æquivoci, atque ad certam speciem jurisdictionis cum altera non interrupta comparabilem referri possent, juxta distinctionem, de qua in allegata Tolentina, ubi declaratur conclusio causa causam universalem per actus particularis conservandam. Secus autem ubi inferior Prælati habet per se titulum clarum, & legitimum, qui jure prescriptionis, à non usu, vel contrario usu sublati præterdatur, quia cum Episcopus in hac parte sit actor, allegans dictum contrarium usum præscriptivum tanquam fundamentum suæ intentionis, tenetur illum probare pacificum, & juxta præscriptionis requisita, atque in hoc observabam evidenter per dictos scribentes æquivocari super

mala conclusionum applicatione, quoniam habenti titulum clarum, nulla incumbit necessitas probandi ejus effectuationem, & usum pacificum non interruptum, sed sufficit probare aliquos actus interruptivos contrarie prescriptionis ex non usu, vel contrario usu dicite, ut ea impedita firmus remaneat ejus titulus.

Illam distinctionem Ego, ad veritatem etiam reflectendo, judicabam verissimam & irrefragabilem, quodies ægeretur de destruendo privilegio in genere. Sed mea difficultas erat (ab alterius tamen partis defensoribus non tacta) quoties combinatis actibus jurisdictionalibus per utramque partem respectivè exercitis, dari possent longissimi possessio pacifica in Episcopo super certa specie jurisdictionis, quam inferior Prælati nunquam exercuisset; Sicuti enim privilegium per omnimodum non usum, vel illum contrarium in totum amitti potest, ita per usum limitatum diminui, seu in parte, etiam tanquam ex tacita renunciatione amitti potest.

Sicuti enim habens ex legato, vel alio titulo usufructum, si longo tempore usum tacitum percipiat, ex usufructuario fit titularis ad text. in l. si quis usufructum, ff. quibus mod. usufr. amitt. de quo Rovit. dec. 97. num. 19. & 20. Ita habens privilegium amplum, si eo limitate in certis casibus tantum utatur, dicitur per non usum in reliquis renunciale, atque in ea parte privilegii vires ex non usu amittit, text. in l. usum ante, c. de agendis, ff. de i. i. cum concordat per Capy. Latr. consule. 12. num. 5. & seq. quia privilegium recipit robur ab usu. Sed non aditit occasio hæc examinandi; Tum quia id per alteram partem motivatum non fuit. Tum quia, cessante oppositione, non aditit occasio ita distinctè examinandi singulos actus, ac videndi an in speciebus gravioribus quas Episcopus præterdabat, adesse non ex parte Abbatis interruptio, cum id totum, consisteret in facto, cuius examen in Curia Romana extraneum est Advocatis, upote de jure tantum respondentibus, sed incumbit causarum patronis.

Et ex qua ratione (ultra aliam, qualitas præminentioris Curie Papæ) possunt de justitia ejus Advocati præterdere le nobiliores ac præminentiores illis aliarum Civitatum quavis Metropolitanarum, upote de mechanicis magis participantibus, ac ea que facti sunt, agentibus, dum viam, & revolvunt processum, consuevit petitiones & articulos, se ingerunt in ordinarios ac alia, quæ facti sunt, ac persone opus exigunt exercere, quorum nihil factum Advocati in Curia, cum omnibus habent ad causarum patronos unde intrare videntur ea que circa nobilitatem potentium theologicæ ac mechanicæ habentur insinuata in Venis præminentiarum sub rit. de præminentibus, hoc eod. lib. ex Tiraquell. de nobil. c. 29. & 30.

Quo vero ad laudum, dicebamus Ego & ceteri pro hac parte scribentes ex parte Abbatis (& Rota in omnibus canonizavit responsionem) quod cum agatur de iuribus Ecclesie non alienabilibus abique beneplacito Apostolico, aliusque requisitis per Extraneam Ambrosiam, minus fieri potuit compromissum, quod tanquam sapiens speciem alienationis abique eidem solemnitatibus fieri non potest ad not. in c. veniens, de transact. Lapsus allegat. 92. n. 7. Roman. cons. 369. n. 18. Rota in Papien. manthebricis 12. Admisi 1654. cor. Penzingero, §. Laudum, cum aliis in dictis decisionibus allegatis, & conferunt quæ in terminis compromissi super feudis habentur ex Bambacario, & aliis in Camerinen. jurisdictionis sub rit. de feudis, disc. 49.

Adversus hanc responsionem, duo replicabantur ex parte Episcopi, Primò nempe, quod Cardinalis testatur se ita egisse de Oraculo Papæ Pauli III. viva voce sibi tradito, idcirco sibi de hoc attestanti deferendum erat; Et secundo, quod ex lapsu longissimi temporis intrabat beneplacitum prescriptum; Prima responsio in decisionibus tollebat ex facto, quia Cardinalis non dicit Papam approbasse laudum, sive mandasse quod ita laudaretur, sed potius ex ejus assertione constabat de contrario, cum eo emanato referretur Papæ beneplacitum, ac ipsemet Cardinalis narret oraculum restrictum fuisse ad audiendas partium differentias, non autem ad eas decidendas, præsertim cum laico, cui satis incongruum erat committere decisionem controversie fidei spirituales, & Ecclesiasticæ Inter folios Ecclesiasticos abique laicorum mixtura; Ut enim quotidiana experientia docet, frequenter Pontifices alii Cardinali oretenus injungunt, aliquid contra veritas in informationem, ad effectum ut referat, vel componat, non autem ut decidat, & sic pro audiendo ejus voto omnibus, non autem de fide.

Deducebam item licet cessante necessitate causæ in decisionibus ex prudentialibus forte motus omisum sit in hujusmodi

justi quæstione in puris terminis juris communis, & circumscriptis modernis Constitutionibus Apostolicis, hunc antiquum casum non complectentibus; In ea quæstione, an Cardinalis assertio de Pontificio oraculo sibi viva voce tradito credendum sit, tradita per scribentes in c. nobilissimi 97. dist. 1. & alios, de quibus Gabr. de probat. concil. 3. Farin. de testibus, q. 63. ex n. 15. Altograd. conf. 22. n. 46. & segg. lib. 1. Rot. dec. 630. n. 2. par. 4. rec. Ex magis communi, & recepta opinione, Cardinalibus deferendum est, tribus copulativè concurrentibus, Primò nempe ut assertio fiat in loco ubi Papa residet, ita ut promptus ad eum sit accessus ejus, qui de hoc dubitans velit se certificare, Secundo ut non sit directè alteri præjudicialis, ejusque jus questum tollat, Et tertio ne continet verisimilia, Quorum nullum in præsentem concurrere dicebam, Non primum, quia non constabat, an quando Cardinalis ita asserendo laudum dedit, esset necesse in loco residentis Pontificis; Non secundum, cum id contineret directum præjudicium Abbatis ac hujus Ecclesie totiusque Oppidi, Neque tertium, cum omnino inverisimile esset, Papam voluisse Cardinali laicum adhibere locum ad decidendam causam merè Ecclesiasticam, & spiritualem ut supra, ac etiam quod probare voluerit, ut collatio primæ Dignitatis in Collegiata, fixè & perpetuè refertur Sedi Apostolicæ, dari deberet Episcopo, qui plus juris ita haberet in loco exempto, vel dismembrato quam in eis, in quibus tanquam de diocesi, omnimodam, & pacificam habet jurisdictionem, quod omnino incongruum, & inverisimile videbatur.

Eademque improbabilitate ratione dicebam cessare alteram reponsonem beneplicii Apostolici præsumpti ex longissimi temporis decursu deducti, quia hæc est simplex juris præsumptio, contraria probatione, seu fortiori præsumptione evidibilis, unde cum fictio non possit superare veritatem, atque beneplicium verum concedi non solet nisi ex justa, & rationabili causa, & super actum à jure non improbo, Sequitur quod ubi ex ipsius actus facie constat, illum esse tale, super quo juxta Dataria, & Cancellaria Apostolicæ stylium, factum quoque beneplicium Papa non concessisset, minus intrat præsumptum, non obstante cujuscumque temporis lapsu, ut firmatur in Cracovien. decimarum 16. Nov. 1650. cor. Bichio dec. 85. par. 11. rec. & 20. Mart. 1651. cor. Verolpio 125. eadem par. 11. altera Cracovien. dist. membr. decimarum 3. Junii 1650. cor. eodem Verolpio, dec. 47. eadem par. 11. Romana devolutionis domus 15. Junii 1654. cor. Melio, & in aliis, quia est propositio recepta, & satis rationalis. Multo magis recipienda, ubi allegatur Beneplicium Apostolicum modernum à temporibus Pauli III. citra, & sic post Urbis exidium, à quo tempore habentur regestra, ex quorum revolutione illud reperiri posset si adesset, maxime ad agitur de materia adeo gravi, in qua non nisi idem Papa manus apposuisse, unde non cadit illa difficultas, que in privatis bonorum Ecclesiæ alienationibus aliisque materiis minoris momenti etiam post integritatem regestrorum cadere potest, ob beneplicium, que concedi solebant per Penitentiarium, seu dicta facultate sub Pio IV. sublata, hodie conceduntur per Congregationes Concilii, vel Episcoporum & Regularium.

Uterius quicquid fit de puncto, an constitutio de præjudicialibus edita de anno 1641. per Urbanum VIII. tollens hujusmodi beneplicia præsumpta, præterquam ex lapsu centennarii completa, locum habeat inter duas Ecclesias, in quo Mihi fuerit peremptoria negativa quam tenuit Rota in una Vicen. portionum prima Junii 1643. cor. Dunoz. inter suas dec. 713. n. fin. Romane conf. 13. Junii 1663. Priolo, Mediolanen. parochialis 10. Nov. 1664. Albergato & in aliis, itant hodie fit receptum, posito etiam quod dicta constitutio non intrant, procedendum esset cum solis terminis juris communis, quibus attentis solus tricennalis lapsus sufficit, Adhuc tamen in præsentem non cadbat præsumptio, cum ad ejus effectum, copulative cum tempore requiratur observantia, vera, pacifica, & per actus univocos, non autem æquivocos toto dicto tempore continuata, ne detur multiplicatio præsumptionum, ut est concursus scribentium traditio per Rotam passim receptam ut apud Orthob. dec. 220. & in aliis referentur, ita ut videatur hodie præsumptio indubitata, & præsupponenda; Quæ observantia cum hujusmodi qualitatis in præsentem non justificabatur ob actus jurisdictionales per Abbatem exercitos, Atque in hoc fundamento tanquam magis solido & tuto Rota fixit pedes, non curando supraddictarum aliarum reponsonum robur examinare.

De testibus autem nuper vigore remissorialium dotis, nul-

la fuit habitatio, & merito, Tum quia coram examen plures nullitates defectus patebatur, Tum etiam, quia ultra contrarietates, aliisque exceptiones in dicto, convincebatur de mendacio per scripturas & acta judicialia super exercitio jurisdictionis Abbatis.

Eoque minus ipsorum fidei deferendum erat, atque ea pro suspecta habenda, dum deponibus de visitationibus aliisque actibus jurisdictionalibus in scripturam redigi solent: St enim veri essent, potuissent Episcopus habens in manibus proprium Archivium, in quo libri visitationum, processus, & alia acta conservantur, id justificare per scripturas, non autem confutere ad solos testes, cum quibus hodie ob corruptos mores satis caute procedendum est. Unde propterea, reflectendo etiam ad veritatem, justa beneque fundata mihi visa est præsens resolutio, nisi ex combinatione actuum subsistere posset difficultas superius excitata, itant data compatibilitate diversarum specierum jurisdictionis, aliisque jurisdictionibus species remaneret in Episcopo pacifice, & non interrupta, quo casu statim centenaria dicta reponsones alias solidè paterentur suas difficultates.

S U M M A R I U M.

- 1 Certa est potestas Papæ concedendi territoriorum separatim Prælati inferiori.
- 2 An compromissum fieri valeat super juribus spiritualibus sine beneplicio Apostolico, & de ejus præsumptione.

ANNOT. AD DISC. VII.

Præter in casu, de quo in Asturien. contenta hoc discutualit quod sciam, sequuntur non est, nisi quod ob Procuratoris mortem, causa, ut frequenter contingit, defensionibus mutaverit; facti vero potius, quam juris est ejus punctus principalis, super existentia Apostolici privilegii pro territorii separatione, cum eo posito, de potestate Papæ non dubitatur, ut pluries insinuat.

De conclusione autem concernente compromissum, & an istud sapiat speciem alienationis, ut propterea iis indigeat solemnitatibus, que in alienatione desiderantur, agitur L. 1. de feud. dist. 49. lib. 7. rit. de alien. & contra. prohib. dist. 1. ubi etiam, & in aliis sequentibus de eorumdem solemnitatibus præsumptione referuntur à longissimi temporis observantia, quodque in hujusmodi controversiis inter Ecclesias hinc inde, non intrat Bulla Urbani VIII. que hæc substituit præsumptionem, eam præservando, que ex centenaria reuleat.

HISPALEN. JURISDICTIONIS PRO ABBATE OPPIDI DE OLIVARES CUM ARCHIEPISCOPO ET CAPITULO.

Causa discussa in Signatura Sanctissimi, & pro Abbate resoluta.

De jurisdictione omnimoda quasi Episcopalis competente Prælati inferiori ex Indulto Apostolico concessa pro aliquo Statu, vel locorum Universalitate, an comprehendat locum, qui de tempore Indulti destinatus erat, ut dicta Universalitas uniretur, non tamen adhuc ad actum unionis devenerit erat; Et aliqua de materia apertionis oris adversus gratiam cum decreto irritanti, & clausula sublata.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsitas.
- 2 Distinguitur species apertionis oris adversus decretum irritans & clausulam sublata.
- 3 Quando concedatur apertio cum reductione, seu remotione gratiæ.
- 4 In erectionibus Cathedralium, vel Collegiarum utpote de sua natura præjudicialibus necessaria non est derogatio regule de jure tertii, & quid operetur clausula sine præjudicio.
- 5 Quale in proposito dicatur præjudicium considerabile.
- 6 Quando concedatur oris apertio pro simplici habilitatione.
- 7 Solacozinatio generica alevat à vitio obreptionis.
- 8 Sub privilegio concessa Regi Hispaniarum an, & quando veniant reliqua ejus domini extra Hispaniam.
- 9 Decretum irritans & clausula sublata non prohibent cognoscere de comprehensione.

- 10 Signatura Gratia non solet referbere in iis qua sine Principis extraordinaria potestate competunt.
- 11 De regulamtionum revocatoria.
- 12 Facultas Executoris non expirat in habentibus tractum successuum.

D I S C. VIII.

DE anno 1623. Urban. VIII. Parochiale Ecclesiam Oppidi de Olivares, eregit in Collegiatam, cujus principalis Dignitas & caput, Abbas major nuncupari deberet, eique prævia separatione territoriorum à quibusdam diocesis, præsertim vero ab illa Hispalen. subjecit universonum statum & Comitatum de Olivares & Baida, ac etiam locum nuncupatum Sanlugar lamayor, noviter emptum per modernum Comitem, ad cujus preces, instante Rege Catholico Philippo IV. hujusmodi Indultum concessum fuit, ita ut Abbas prædictus in hujusmodi Statu & Comitatu, tanquam vero Ordinarius omnimodam haberet quasi Episcopalem jurisdictionem, privative ad Archiepiscopum Hispalen. & quicumque alios Dioceseanos, à quibus dicta dismembratio facta est.

De tempore autem, quo dictum indultum concessum fuit, Comes prædictus tractaverat, & concluserat emptioem loci prædicti de Sanlugar, sed ob Regium assensum expediendum, aliisque solemnitatibus in hujusmodi honorum translationibus adimplendis, ad effectuationem devenit non erat, atque vere illius dominum, & possessionem non habebat.

Ex hac autem circumstantia, Archiepiscopus & Capitulum, acquiescentes donec dicitur Comes abud Regem in summa gratia, & autoritate fuit. Ex defuncto pretendere coeperunt indultum prædictum non suffragari quoad hunc locum, utpote tunc dicto Statu non unitum, neque adhuc acquisitum, sed quia obstant clausula sublata, & decretum irritans in eodem indulto contenta, clausura os Judicii & parti, idcirco adita fuit Signatura Sanctissimi pro apertione oris ac reductione gratiæ, petitionem fundantes in duplici fundamento, primo nempe in gravi præjudicio ex dicta gratia resultante Ecclesie Hispalen. ob dismembrationem hujusmodi locorum, præsertim supraddicti de Sanlugar ex ejus situatione, aliisque circumstantiis valde considerabilibus; Et secundo ex defectu intentionis Papæ, vel obreptionis gratiæ, dum præsuppositum locum prædictum spectare ad Statum & Comitatum de Olivares, quod de tempore concessa gratia in facto non subsistebat, quia non nisi ad plures menses subsiquentes, Comes hujusmodi loci dominum, & legitimam possessionem vere acquisierat, cum illud vulgare autoritates super gratia nullitate ex causa subreptionis, vel obreptionis, seu ejusdem reductione concedenda ob alterius gratiam, que ejusdem reductione Et his addebant quoque molivum regule revocatoria Innoc. X. ex eo intrantibus, quod cum ad Comitatus successoris instantiam de anno 1653. obtenta esset à Nuncio Apostolico sententia super executione & observantia literarum Apostolicarum de super expeditarum, exinde resultabat, gratiam Pontificis prædecessoris, utpote effectum non sortitam, sub regula prædicta cadere.

Pro Abbate & Comitē scribens, etiam cum sensu veritatis, dicebam injustam esse petitionem ideoque reiciendam commisionem, nihil rescribendo, prout de facto proposita causa sequuntur fuit; Distinguo siquidem speciem apertionis oris (ad quam feribentes, moderata petitione contenta in commisione alternative se restringebant, saltem alteram faciliorem petendo.)

Ad duplicem effectum hujusmodi apertio peti, & respectivo concedi solet, Primò nempe cum reductione gratiæ itant ejus substantia, & jus gratiæ questum tollatur, vel minuiatur; Secundo vero, ut firma remaneat gratia, ejusque substantia non alterata, petens admittatur solum ad opponendum de ejus nullitate resultante ex subreptione, vel defectu intentionis, itant sit simplex habilitatio iudicis & partis, ad opponendum, & respectivo iudicandum id, quod adversus gratiæ validitatem, vel operationem de jure fieri posset, nisi decretum irritans, & clausula sublata obstant.

Ad primum effectum id concedi non solet nisi ex magna causa, & accedente exorbitanti lesione, quam gratia tertio inferat, Grat. disp. 959. in princ. Rot. dec. 461. nu. 6. & seq. par. 1. rec. dec. 297. & 485. par. 4. tom. 2. utrobique in princ. in Rom. seu America apertionis oris 27. Junii 1635. coram Coccino dec. 358. par. 11. rec. præsertim ubi gratia cum executioni demandata, ut in specie dec. 485. n. 5. par. 4. tom. 2.

Ad hunc autem effectum, non omnino præjudicium in genere attenditur, quoniam gratia super novis erectionibus, semper, & de sui natura sunt præjudiciales, cum prædictari non possint sine dismembratione, que de necessitate importat præjudicium illius Ecclesiæ, à qua illa fiat, unde propterea receptum habemus, quod licet ex regula de jure tertii questio non tollen. gratia tertio præjudicialis, ejusque jus tollens non subsistantur, nisi cum speciali derogatione regule prædictæ, hoc tamen cessat in hujusmodi novarum erectionum gratias, utpote de sui natura, & per se esse præjudicialibus, Adeo ut, etiam si in ipsimet gratias expressè adiciatur clausula sine alterius præjudicio, adhuc intelligitur de alio forsan particulari verisimiliter Papæ ignoto, non autem de isto generali de natura gratiæ resultantis, quia clausula prædicta intelligitur in aliis præterquam in expressis, ut de utraque propositione Scraph. dec. 1445. n. 5. & 6. Buratt. & Add. dec. 193. & 576. dec. 24. par. 5. rec. & dec. 11. nu. 25. par. 6. cum aliis plene cumulatis per Add. ad dec. n. 286. & seq. p. 3. rec.

Et sic de illo gravi præjudicio verisimiliter per Papam incogitato, & quod sibi notum cum retraxisset à gratiæ concessione, quia nempe per hujusmodi dismembrationem prior Ecclesia nimis depauperata remaneret, itant ejus Dignitas vilesceret; Si enim solum præjudicium generale sufficeret, prædicti inconvenientis non produciendum, resultaret exinde ligatam esse potestatem Papæ faciendi novas erectiones Cathedralium, & successivè revocari debuissent tot erectiones, præsertim erectio, que continetur in extravaganti Salvator, dum ex una Diocesi Tolosana quinque Episcopatus erecti sunt, quod utique magnam ejus dismembrationem importavit, prout Paulus IV. ex sola diocesi Mechlinien. undecim alios Episcopatus erexit, cum similibus, de quibus in Bergen. erectionis Cathedralium, hoc cod. lib. sub rit. de præmin. dist. 6. Unde cum absque dubio magna diocesis, & ditissima Ecclesie Hispalen. hujusmodi dismembratio non adeo grave præjudicium inferret, dum nil fere de ejus prior dignitate, & decore minuerat, idcirco incongrua erat hujusmodi gratiæ petitio.

Ad alterum vero effectum simplicis apertionis oris pro sola iudicis, & partis habilitatione ut supra, Signatura sustinet fore de meritis, an scilicet obiecta nullitas ex capite subreptionis, vel defectu intentionis, habeat necesse aliquod probabile fundamentum, in ejus casu concedi solet; secus è contra, Atque ad hunc effectum Papa in hoc Tribunali adhibet duodecim Prælatos peritos, de quorum voto consultivo, quando sibi placet ferendo, rescribere solet, cum adversus gratias, præsertim exequutas non debeat Principes libitibus calumiosis, & injustis adire aperire, ut per Marchean. de commiss. apertionis oris p. 2. §. 1. n. 65. fol. 417. & in dictis decisionibus 485. p. 4. rec. tom. 2. & 358. p. 11.

Nullum vero dicebam adesse probabile fundamentum, ex quo hujusmodi gratiæ de jure impugnari posset, Illud siquidem minus verè narrative super acquisitione Oppidi Sanlugar, ejusque unionis & pertinetiæ ad Statum, & Comitatum de Olivares, nimis leve videbatur (quale ut supra per Signaturam reputatum fuit) quia licet de tempore gratiæ ob adhuc non completas solemnitates in hujusmodi feudandis, seu bonorum jurisdictionalium alienatione factis, nihilominus quoad conventionem partium, iam illud acquisierat, dum perfectus erat contractus emptiois, & sic verificabatur gratiæ præsuppositio, quod hujusmodi locus nuper per Comitatem esse acquisitus, Rigorosiavero intelligenti, quod hæc acquisitio adhuc perfecta, & legitima dici non posset, nullatenus obstat. Tum quia ad effectum substitutioni gratiam sufficit ejus narrativam verificari de facto, ex deductis per Adden. ad Buratt. dec. 778. & est frequens beneficiorum propositio, de qua pluries in sua materia sub rit. de benef. Tum etiam quia ejus falitas debet esse talis, quod verisimiliter Papam à gratiæ retraxisset, itant eius intentio defectus probabiliter adesse dicitur, ut in aliis pro gratia sublinenda, genetica, vel verisimiliter cogitato sufficiat, Buratt. dec. 883. n. 6. dec. 118. n. 7. post Vivian. de jure patr. cum aliis in Valentina parochialis 28. Junii 1647. coram Cerro 107. p. 10. rec. & est propositio in beneficiis frequens.

Ad effectum enim ut locus dicatur unitus, & de pertinentiis alicuius Status, Provincias, vel respectivo prædicti attenditur voluntas, seu destinatio ipsius acquirentis, qui est utriusque Dominus ad text. in l. scilicet adess. ff. de leg. 3. cum concord. de quibus Galeor. contr. 2. lib. 1. Rot. in Bonon. liquidationis pretii 4. Julii 1664. cor. Emerix, de qua causa habetur in Bonon.

Bona legati pro Zambecaris, sub tit. de legat. & in Romanon pronationis pro confraternis. S. S. Trinit. sub tit. de servitut. ad mat. vestrat. & alibi. Unde propterea habemus, quod concurrente verisimili intentione, sub nomine Regis Hispaniarum, continentur etiam in privilegiis, Regnum Neapolis, & alia dominia extra Hispaniam, ut habetur apud Mont. dec. 59. licet hoc fias habeat difficultates, ex iis que habentur in Barchon. Canonicas cor. Verolip. dec. 316. p. 9. rec. & in eadem cor. Rojas inter suas dec. 279. 281. & 286. & de quo in Pampalon. decimar. de T. affaha, hoc lib. sub tit. de preemin. disc. 29. Quam tamen inspectionem in presentia affirmare, & examinare opus non fuit, licet pro altera parte scribentes super huiusmodi materiis, in nimum divergentur; Tunc enim dicebatur de hoc puncto inspicendum esse, quod indultum loqueretur de Comite de Olivares ejusque Statu, an scilicet sub eius nomine veniret istud Oppidum de tempore gratiæ adhuc saltem valide & perfecte non acquiritum, neque incorporatum, quo etiam casu, adhuc incongruum dicebatur petitionem apertionis oris, cum esset articulus comprehensionis, de quo Judex sine hac habilitatione cognoscere non prohibetur.

Siquidem decretum irritans, & clausula sublata claudunt ac ligant cuiquam Judici os & manus, in iis que gratiam tollunt, vel minuunt, non autem super iis que pretenduntur non comprehensione, quia impugnature non dicitur qui non comprehensionem allegat dec. 166. in fin. p. 7. rec.

Et ex qua ratione Ego & ceteri pro hac parte scribentes respondebamus ad objecta, quo fuso calamo, cum inani forsitan labore, deducebantur super pertinentia decimarum in huiusmodi locis difmembratis, quasi quod Papa de eis expressè non disponere, remaneret in priori eorum statu; In hoc enim dicebatur, quod actores uterentur iure suo coram iudicibus competentibus, absque necessitate expectandi rescriptum Signaturæ gratiæ, quo rescribere non solet in iis, que sine gratia exerceri possunt per petentem de iustitia, in quibus rescribendi stylus est, quod utatur iure suo.

Ad objectum demum regulæ revocatoriæ, facilis erat responsio, cum scilicet procederet in gratiis, que de tempore emanatis regulæ effectum sortite non essent, & ad quam regulam evitandum sufficit effectio in parte, Buratt. dec. 870. num. 4. Greg. & Adden. dec. 557. dec. 109. p. 6. rec. & in aliis in sua materia sub tit. de benef. in proposito regulæ revocatorie unionum. Unde cum in facto decerneretur de gratiæ effectu usque ad eius initio, cum successivo observantia per annos 30. & ultra, prout vana remanebat objectio male deductæ ex sententiâ executoriali obtrata à Nuncio de an. 1639. cum illa non percuteret novam executionem, sed successivam & continuativam pro repellendis, iudiciali autoritate, illis molestis, quo adversus gratiam iam de facto prius exequatam inferebantur. Undelicet facultas executoris expiret per annum, seu facta licet executione ipsius iurisdictionis cesset. Recepiam tamen habemus eam durare in contentibus obvertam executionis iam factæ, & sic executionem continuativam, ne illa semel facta, impedito eius effectu, inanis remaneret ex deductis, dec. 21. & 265. p. 7. rec. ubi de materia.

S U M M A R I U M.

- 1 De eadem materia, de qua disc. 7. in isto disc. 8.
- 2 An concessa separatione territorii ab aliqua diocesi, remaneat antiquo Diocesano iurisdictioni.
- 3 An Regna de novo acquisita, vel superaddita veniant sub nomine Regni antiqui, & quid veniant sub nomine Regni Hispaniarum.

ANNOT. AD DISC. VIII.

1 Dem est huius discursus punctus, qualis in precedenti in Hispanen. super Apostolico privilegio veram territorii separationem inducente, ut facti potius, quam juris esse dignoscatur, pariterque ignotus est causæ status, & an ulterio-rem habuerit progressum.

2 Quædam verò alia causa inter Archiepiscopum, & Capitulum Hispanen. ex una, & Prælatos, vel Rectores Ecclesiæ, super iure decimandi, disputata in Roma, ostendit, quod indultum suum effectum sortitum sit, dum disputatum fuit, an per hanc separationem sublatum fuerit ius decimandi, quod habebat Archiepiscopus, & Capitulum universales illius Diocesis decimatoris, ex deductis sub tit. de decim. disc. 1. & seq. Atque in ista controversia aliæ resolutiones (me ta-

men in causa non scribent) Archiepiscopo, & Capitulo favorabiles prodierunt.

Illæ verò perpenis decisionum fundamentis non placuerunt. Ita etenim questio, de qua agitur tit. de decim. disc. 12. an scilicet difmembratio ab antiqua Ecclesia, novaque erectio tollat jus decimandi, percutit casum novæ erectionis parochialis, cum difmembratione partis territorii, & populi antiquæ parochiæ, adeo ut utraque remaneat in eodem diocetano territorio, nullaque adfit implicancia, ut nova tanquam filialis, adhuc in parte remaneat antiquæ matri subiecta, quodque ista aliæ ex prioribus iuribus retineat, ex deductis disc. 12. de decim. ac etiam in proposito iuris sepeliendi, sub tit. de paroch. discurs. 28. five ubi de exemptivo ageretur privilegio, firmis remanentibus Ecclesia, & populo intra antiquæ Diocesis limites, ut propterea Diocetano aliæ antique ordinariæ, ac plenæ iurisdictionis, & superioritatis remaneant reliquæ.

Id autem practicabile non est in hac specie formalis separationis territorii, quod sub proprio Prælati, cum vera qualitate nullus constituatur, quoniam, in plures casus distinguendo advertitur supra, disc. 1. & seq. & infra, disc. 96. ita constituti dicitur quædam nova omnino independens Diocesis, cuius Prælati pontificali exercitio, & Episcopali dignitate exceptis, omnia habet, que vero Ordinatio diocetano competunt, etiam ex Concilio Trid. & Apostolicarum Constitutionum delegata iurisdictione, & idemque habetur, ac si nunquam fuisset de illius Diocesi, cuius Episcopo, neque remanet illud ius reverentiale, quod in locis exemptis intra diocesis fines remanentibus competit, ut infra, disc. 35. & alibi, ut praxis docet in tot Episcopatus de novo erectis, cum difmembratione partis alterius diocesis, iuxta casus recensitos infra, sub tit. de preemin. disc. 6. Et per consequens improprium est, ut Episcopo diversæ diocesis remaneat decimator tanquam Parochus universalis suæ diocesis.

An autem sub nomine Regis Hispaniarum, vel alicuius Regni veniant superaddita, vel unita Regna, & dominia, agitur a. riul. de preemin. discurs. 29. & sub tit. de benef. disc. 29.

ANGLONEN. JURISDICTIONIS
PRO EPISCOPO
CUM ABBATE,
SEU COMMENDATARIO MONASTERII SANCTI
ELLE DE CARBONE.

Causa decisa per S. Congreg. Concilii pro Episcopo.

De eadem materia territorii separati, ac iurisdictionis Prælati inferioris in locum, & populum alicuius loci; Et quid in hoc operetur dominium, & iurisdictione temporalis ejusdem loci penes ipsum Prælatum inferiorem:

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De iurisdictione laicali, quam habent in Regno Neapolitano aliqui Prælati Ecclesiastici, quid importet.
- 3 Deciso S. Congregationis.
- 4 De probatione situationis loci in diocesi.
- 5 De probatione territorii separati.
- 6 De restrictione ad titulum exhibitum tanquam meliorem.
- 7 De actibus possessorii Episcopi exclusivi memorabilis præsentis a Prælati inferiori.
- 8 Quid in hac materia operetur possessio iurisdictionis temporalis in loco, examinatur.

D I S C. IX.

Intra limites diocesis Anglonen. extat Oppidum nuncupatum, De Carbone, ibique monasterium sub invocatione S. Elize Ordinis S. Basilii, cuius Abbas, ex antiquis Regum concessionibus, est eisdem Oppidi utilis dominus, cum iurisdictione laicali in causis civilibus, & forsan mixtis, non autem criminalibus, quarum iurisdictione per Regem alicui seculari in feudum concessa solet, ut ferè universalis est consuetudo in eo Regno quoad Oppida & loca, que per Ecclesias possidentur, ut sunt Ecclesiæ, Constan. Pollicentr. Tricaricem, pluresque aliæ, & de quo iurisdictioni concursu, seu competentiâ inter Prælatum Ecclesiasticum, & Feudatarium seculares plura præsertim habentur, apud

Rovium super pragmaticis in prasima. de iur. i. invicem non turbant. ubi registratur aliqua Decreta super naturam causarum; quando dicantur criminales, civiles, vel mixte respectivæ.

Occasione autem istius domini, & iurisdictionis, iuxta satis frequenter & pene universalem omnium huiusmodi Prælatorum hanc iurisdictionem temporalem in loco habentium, necnon ratione privilegiorum à Sede Apostolica huic monasterio concessorum super ejus exemptione ad Ordinarii iurisdictione, caput etiam d. Abbas exercere spirituale, & quasi Episcopalem omnimodam privativè ad Episcopalem, qui forte ante publicationem S. C. T. nullatenus in hoc loco se ingererat. Post dictam verò publicationem exercere cepit iurisdictionem ab eodem S. Conc. Ordinatius locorum delegatam in locis exemptis in casibus ibi expressis, satis autem dictum exercitium interruptum fuit, vel ex Episcoporum pro tempore negligentia, vel probabilis ex motivo reverentis habitæ aliquibus pro tempore ejusdem monasterii Commendatariis, Cumque ad istam Ecclesiam Anglonen. promotus fuisset Franciscus Antonius de Luca Archiepiscopus Melpheticus. Ille, ut suo numeris satisfaceret, curavit suam Ecclesiam de dicta iurisdictione penè in desertum abita reintegrare, unde propterea habito recurru ad S. Congr. Concilii.

Assumpta de super disputatione, cum ex parte dicti Abbatis, seu Commendatarii pretendere omnimoda iurisdictione quasi Episcopalis cum territorio separato & qualitate nullius, potissimum constituebatur fundamentum in privilegiis Apostolicis huius nominis amplam exemptionem continentibus, registratis in quodam libello impresso, qui occasione consimilis controversiæ compositus fuit per eruditissimum ac magnum lingue latine professorem Paulum Æmilium Sanctorium Archiepiscopum prius Cusentium deinde Urbani. qui idem monasterium ex resignatione forsan insigni Cardinalis Sanctorii patris, Sanctæ Severiniæ nuncupati, obtinebat. Et ulterius scribentes pro dicto Commendatario, magnam vim constituerunt in dominio & iurisdictione temporalis ejusdem loci, quasi quod ex dispositione ejusdem S. C. T. sess. 25. de regul. c. 11. obtinuit circumstantiam cesset dicta delegata iurisdictione alias locorum Ordinariis in locis & personis exemptis attributa, & constituit istos Prælatos ita qualificatos in aliquo statu diverso, eodem modo, quo diversificat illos, qui essent capita Religionum in locis suæ iurisdictionis.

His non obstantibus, cum iustitiæ fundamentum, post binam disputationem de an. 1660. prodit consuetum rescriptum, quod scilicet nullum exhibebat privilegium Apostolicum concessivum territorii separati, Episcopus manutentendus esset in quasi possessione consecrati iurisdictionem à S. Conc. Trid. & Apostolicis Constitutionibus delegatam locis exemptis, donec per privilegium, vel per inmemorabilem per tres conformes canonizatum doceretur de territorio separato, in cuius rescripti executionem Episcopus visitavit, dictamque iurisdictionem pluries exercuit, donec præfuit dictæ Ecclesiæ, à qua deinde ad Nazarenam translata fuit.

Tres igitur fuerunt huius disputationis puncti. Primo super sitatione huius loci intra diocesan, cum hæc sit fundamentum intentionis Episcopi agentis contra inferiorem Prælatum pro dictæ iurisdictionis exercitio. Secundo super præsertim dominium temporale loci controversi.

Primum videbatur planius. Tum ex situatione loci undique circumdati ab hæc diocesi, absque eo quod alter Episcopus esset, seu alius fuisset in causa, Tum etiam quia in eisdem privilegiis exemptivis in supradicto libello impressis, monasterium nuncupatum situm in hæc diocesi, unde propterea versabatur in claris ob ipsius partis confessionem resultantem ab eorundem privilegiorum exhibitione, & usua, & clariis ob plures actus iurisdictionales, de quibus infra, exiis, que circa situationis probationem habentur firmata in decisionibus editis in Tolotana iurisdictionis. Maii 1669. & 21. Maii 1660. coram Bevilacqua, de quibus supra, disc. 1. & quantum decisionum prima de tempore huius disputationis iam prodierat, atque hic punctus, utpotè planus, modicum habuit disputationem.

Quo verò ad alterum, dicebam idem, quod in tot consimilibus disputationibus ut supra & infra dicere consuevi, & deductis præsertim in dicta Tolotana, disc. 2. que per omnibus tanquam magistra deservit, Huiusmodi scilicet punctum hodie non esse amplius iuris fed facti, super probatione scilicet territorii separati faciendæ per duas tantum species, Card. de Luca, Lib. III.

Unam scilicet privilegii Apostoli expressi, alteram immemorabilis bene iustificatiæ, quorum neutrum accedebat, Quinimò ex facti circumstantiis, excludi videbatur probationis potentia unde de stricto iure denegari etiam debuisset remissoria, ex quadam superabundanti equitate concessa, adhuc tamen non executæ, quoniam ad effectum privilegii, utpotè probandi per authenticum documentum, illa non suffragabatur, ac etiam eius exclusivæ probatio restituta videbatur ab exhibitione dictorum aliorum privilegiorum in præfato libello registrarum, simplicem exemptionem ipsius monasterii regularis, ac perlonarum in eo viventium importantium, cum narrativa quod locus esset diocesis Anglonen.

Licet enim exhibitio esset extrajudicialis, iuxta eam formam, cum qua in his Sacris Congregationibus proceditur, ita ut non adesset ea formalis productio, ex qua resulteret strictio ad illum titulum tanquam meliorem iuxta theor. Innoc. in c. pervenit. de decimis, de qua in Januen. Abbatis dec. 29. p. 7. rec. & 294. p. 6. ac habetur hanc materiam distinguendo, & explicando, late deductum in Sabinen. exemptionis, sub tit. de Regal. ad materiam gabellarum, disc. 47. Nilominus satis urgens administratum d. negativæ restitute dicebam, quoniam cum præfatus Sanctorius, ob acrem litem cum Episcopo tunc actam, curavisset cum nimia diligentia, omnia privilegia habere, dictumque liberulum tanquam speciem manifestè componere omnino probabile est quod aliud melius privilegium non adesset, verisimiliter impressum, neglectis aliis utpotè præiudicialibus protius, quam favorabilibus, ob dictam enunciativam, quod Monasterium esset huius diocesis.

Immemorabilis quoque omnino improbabilis erat ex facti circumstantiis contrariis illam excludentibus, cum ex parte Episcopi exhiberetur litteræ Card. Alexandrini nepotis Pii V. tunc regnantis de anno 1569. & sic de tempore proximo publicationi Concilii, directæ Metropolitanæ, ut assisteret Episcopo in huius loci visitatione, ac exercitio delegatæ iurisdictionis.

Ac etiam sub eodem Pio V. cum tunc Commendatarius, Episcopo visitare volenti resistentiam de facto & armata manu fecisset, constabat de hoc inquisitioni & carceratum fuisse, ac five ex condemnatione, five ex compositione solvissæ pœnam seu, 300. auri, ut iustificabatur ex publico documento extracto ab actis.

Doctum item fuit de annis 1588. & 1666. coram eodem Episcopo, habitos fuisse concursus ad formam ejusdem Concilii Trid. super provisione illius Parochialis, Archiepiscopi byzantinus, nuncupati, ac etiam de pluribus collisionibus ordinum, seu concessionibus difformium pro illis suscipiendis diversis temporibus, & pro Episcoporum zelus & diligentia exegit, unde propterea exclusivæ remanebat immemorabilis, cuius præcipuum ac essentielle requisitum est, ut nihil in tra hominum memoria, & à 100. annis citra gestum, dictum, vel auditum sit, ut in eadem Tolotana, disc. 1.

Demum quoad tertium punctum, inspecta littera S. Cong. de sess. 25. de Regul. c. 11. ea difficultatem facere videbatur, cum post iurisdictionem Ordinariis delegatam, etiam in Monasteriis exemptis Regularium in concertamento eorum Animarum & administrationem Sacramentorum, excipiantur loca, in quibus resident Generales, seu capita Religionum, ac etiam generaliter omnia ea, in quibus cum parochianis utraque iurisdictione temporalis & spiritualis habetur; Quia verò observantia docet contrarium, quoniam in tot consimilibus controversiis, de quibus supra & infra, hactenus præsertim in dicta Tolotana, in Vulturaria, in Conversana, in Aprutina, in Firmiana, & similibus, ista circumstantia temporalis iurisdictionis concurrebat, & tamen semper neglecta fuit, atque in nulla consideratione habita.

Quinimò etiam in illis locis, in quibus cumulabatur utraque circumstantia, quod scilicet adesset iurisdictione temporalis, illaque non pœnes simplicem Prælatum inferiorem, sed penes Generalem, seu caput Religionis, adhuc istæ circumstantiæ solæ & de se ipse in nulla consideratione haberi consueverunt, sed opus fuit formiter iustificare territorium separatam, ut patet ex adeo ventilata S. Angeli Lombardorum coram Bironvano, & Panziolo, cuius causæ plures decisiones habentur impressæ inter recentiora, præsertim decision. 197. par. 8. & dec. 80. par. 9. recentiora. ubi de loco sub regimine, & iurisdictione Generalis Congregationis Montis Virginis, ac etiam ex Avellanensis iurisdictionis coram Orsibon. inter suas dec. 81. & in Montis Virginis, seu nullius iurisdictionis 12. Junii 1656. & 8. Junii 1657. coram Danno, inter suas dec. 988. & 1001. in quibus omnibus pariter agitur

cum eodem generali dicitur Congregationis, Atque in celebrari Squillacen. coram Martin. Andr. inter suas dec. 54. alias dec. 59. post Tamburin. de Jur. A. b. tom. 3. Concur. rebat etiam dictum requisitum jurisdictionis temporalis, quale etiam in tot decisionibus Theatin. & Aprutin. qua habentur impressis inter recent. ac apud Tamburin. ubi supra, & tamen nunquam illa circumstantia considerata fuit.

Quare dicebam, unum de duobus, stante dicta nimis generali & inconcussa contraria observantia, admittendum esse, vel scilicet dictam Conciliarem dispositionem moderatam esse per decretum Pii V. sub die 4. Decembris 1570. registratum apud Fagnan. in c. nullus de Parochiis, n. 43. non obstantibus motivis in contrarium per eundem Fagnan. n. 44. & seq. cum tertia ex procedentibus, ubi ex aliis probationibus constat de omnimoda jurisdictione quali Episcopali cum territorio separato, & qualitate nullius, ut ipsemet asseruit, non 47. & seq. qua probatione data juxta duas species, de quibus supra, nil referre videtur dicta circumstantia temporalis jurisdictionis, sine qua etiam idem procederet, juxta casum, de quo in Africen. & in Hispanen. d. conf. 7. & 8. & in aliis ut supra, unde propterea considerabant istam circumstantiam solum considerabilem esse, tanquam administratum dictae probationis, ac ad illam reddendam faciliorem.

Vel quod dictum decretum Conciliare verificabile forsitan esset in illis locis, in quibus per inferiores Praelatos utraque jurisdictione possideatur plena, & omnimoda, quia nempe etiam in temporalibus illa in omnibus causis independeret, tanquam in libero alodio habeatur, iuxta casum, de quo plene agit Spada, cons. 4. & 5. lib. 1. & habetur actum in Lucana jurisdictionis, seu Imperii sub tit. de sen. dis. 4. c. 60. cum tunc juxta unam opinionem, ille locus in totum Ecclesiae locus factus videatur ex deductis, in d. Lucana: Unde propterea non convenit huic temporali jurisdictioni, quae ex Regis concessionibus in feudum & tanquam species baroniae habeatur solum in causis civilibus, vel ad summum mixtis, ad quos limites ita Concilium jurisdictionem quoque spirituales restrinxisse videtur, delegando Ordinarii cognitionem graviorum causarum criminalium & matrimonialium, ac aliorum, de quibus in eodem Concilio, eodem modo quo Rex eandem cognitionem graviorum causarum criminalium, concedere noluit, sed sibi reservavit, eam pro se retinendo, in alicuius seculari, de quo magis considerat, concedendo in feudum ut supra; Incongruum enim videtur, ut ex fundamento hujus ita diminuta, seu restricta jurisdictionis temporalis, inferri debeat ad plenam, & omnimodam jurisdictionem spirituales, & quasi Episcopalem, cum in major esset effectus, quam causa, unde propterea istud motum in nulla penitus consideratione habitum fuit.

ANNOT. AD DISC. IX.

In ista Anglonen. in qua agitur de eodem puncto jurisdictionis delegata in loco exempto in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, ob translationem Episcopi tunc id zelantis ad Metropolitanam Ecclesiam Nazarenam, ut infra, disc. 20. incertum est, an aliud sequutum sit, & qualem observantiam habeant resolutiones.

LUNEN. SARZANEN. JURISDICTIONIS PRO EPISCOPO CUM ABBATE SEU COMMENDATARIO MONASTERII DE AULLA

Causa decisus per Sacr. Congregationem Episcoporum, & Regularium pro Episcopo.

De eadem materia territorii separati, & omnimoda spiritualis & quasi Episcopalis jurisdictionis Praelati inferioris, etiam in exclusionem jurisdictionis delegatae loci Ordinarii.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Darsi posse territorium separatum secundum quid, etiam in loco undique circumdato a diocesi.

- 3 Decisio Sac. Congregationis.
4 Copia quando probet.
5 De cessante privilegiorum ob immutationem status.
6 De causa ob quam Regularibus concessa sunt privilegia exemptiva.
7 Causa Regularium quomodo, & a quibus cognosci debeant.
8 Quando privilegium exemptivum dicatur importare territorium separatum.
9 Quomodo istud territorium separatum situm, seu impetratum in locis suis intra decem intelligatur, & quid ipse sit.

D I S C. X.

Monasterium Sancti Caprasii Ordinis S. Benedicti situm in Oppido de Aulla, annexam habens eiusdem loci curam animarum, in viciniam privilegii exemptivi Honorii Secundi de anno 1126. sibi concessi, ab antiquo controversas habuit, cum Episcopo, ad cuius favorem plures prodierant A. p. h. e. c. e. d. e. t. e. r. m. i. n. a. t. i. o. n. e. s. L. u. c. i. & Innocentii tertii respectu. Cum autem post plurimum saeculorum decussum, Monasterium praedictum, utpote a regulari observantia desinat, super praedictum, Leo Decimus de anno 1517. illud secularizando, & tanquam Ecclesiam secularem concessit in iuspatronatus Marchioni Malaspingidici Oppidi Domino temporali, cum facultate praesentandi clericum secularem loci Ordinarii, qui in eisdem literis enumeratur hic Episcopus Lunen. Sarzanen. dictaque concessionem de anno 1534. innovavit Julius Tertius. Adamo Centurioni eiusdem loci Domino, eo addito, ut praesentatio Rectoris fieri posset, vel coram Ordinario, vel etiam cor. Vicario Generali Januen. five coram uno ex Canonicis Cathedralis eiusdem Civitatis Januen. qui facultas insituenti praesentationi competeret; Cumque vacante dicta Ecclesia de anno 1662. modernus Marchio Centurionis, cum consensu enunciativa, quod eadem Ecclesia, sui Monasterium esset huius diocesis, coram uno ex Canonicis dictae Cathedralis Januen. cum subsequuta insinuatione, praesentasset Aloysium de eadem familia Centurionis, qui deputatus in Vicarium, seu V. Abbatem quemdam eiusdem loci Sacerdotem, ab Episcopo obtinentem approbationem, & licentiam exercendi curam animarum, & administrandi Sacramenta.

Idem Vicarius, patrono, ac provisto, contententibus, & consentientibus, de facto denegare cepit obedientiam, & subjectionem Episcopo, atque exercere jurisdictionem spirituales, & quasi Episcopalem cum clero & populo, tanquam in loco Nullius, & de territorio separato, fundando hanc praesentationem in dicto privilegio Honorii Secundi, ex cuius verborum amplitudine praesentebat resultare dictam qualitatem Nullius, & territorii separati, non obstante circumstantia undique a diocesi, ex eo quod non implicaret, locum esse undique circumdatum, & tamen dici Nullius per quandam impropiam, & intellectualem separationem secundum quid, iuxta firmata in Montis Cassinen. Jurisdictionis cor. Bichio, dec. 3. p. 1. rec. qua decisis hanc praesentationem excitavit; Sed introducta causa in S. Congreg. Episcoporum, & Regularium per appellationem ex parte eiusdem V. Abbatis interpositam a censuris contra eum per Episcopum illatis, prodiit resolutio de mensis Julii 1667. Episcopo favorabilis in possessio super eius manutentione in quali possessione exerceret omnimodam Episcopalem, tam ordinariam, quam delegatam jurisdictionem, remissa ad Rotam causa in petitorio, super praesentio territorii separato, vel exemptione respective, dictaque resolutio eodem anno confirmata fuit in nova disputatione, ad quam dictus appellans, atque ipsemet Abbas ei adherens admitti obtinuerunt, Eaque Mihi pro Episcopo scribentibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, iusta & probabilis visa est, eum huiusmodi praesentio omni prorsus fundamento destituta esse, nedum in possessio, quod erit indubitatum, sed etiam in petitorio.

Tres autem his disputationibus fuerunt inspectiones, Una super veritate & forma probantis dicti privilegii; Altera super eius duratione, vel respectu expiratione, five per dictas contrarias Pontificas determinationes, five etiam ob dicti monasterii secularizationem; Et tertia, postis veritate, & duratione, quid in proposito relevaret privilegium praedictum.

Quoad primam, quae non adduceretur originale, sed quodam sumptum, questio erat magis facti quam iuris. Regula enim est, ut sumptus, seu copias quavis antiquis fides praestanda non sit. Recepta vero est limitatio, quoties cum antiquitate concurrant etiam adminicula ex deductis per Burred. & Adde.

Adden. dec. 243. dec. 187. p. 5. rec. cum aliis, de quibus supra in Conoveriana, disc. 2. Unde propterea punctus reducebatur ad adminicula, illud praesentio observantiae, super qua hinc inde, satis super facta certabatur, unde quilibet partium supponebat pro conclusione id quod erat in questione; Verum super hoc Ego scribens pro Episcopo parum immorabar, tum quia ipsemet contrariae determinationis Apostolicae Lucii, Alexandri, & Innocentii Tertii, quae ex parte nostra deducebantur, veritatem huiusmodi de facto comprobabant. Tum etiam quia inanis videbatur haec inspectio, dum posita etiam existentia, vel locus erat expirationi, vel subsistere videbatur irrelevantia, ut infra.

Quo vero ad secundam, neglecta pariter inspectione facti potius, quam iuris circa dictas sententias Pontificas, dum questio erat super forma probantis, ac etiam super earum interpretatione ac effectu, solidum videbatur fundamentum expirationis resultans a secularizatione, & sic ab immutatione status, tanquam a cessante causa concessiois privilegii, ut in terminis cessantis privilegii exemptivi alicuius Ecclesiae, vel Monasterii ob sui status immutationem ceteris allegatis habentur in Laurentana, dec. 313. & 455. p. 4. rec.

Huiusmodi enim privilegia, per Stedem Apostolicam concedi consueverunt Monachis, alicuique Regularibus, vel ob Religionis meritum erga ipsam Sedem, vel ex eo rationabili motivo, ut Religiosi in claustris a secularibus curis, & negotiis omnino abstrahi vivere debentes, non cogantur ita in foro Ordinarii, more reliqui cleri & populi secularis pro eorum causis versari, fortius ne eorum errores, five controversiae inter ipsos, cum processibus & actibus judicialibus in foro pandantur cum populi scandalo. Unde propterea receptum habemus, quod Regularium cauae non in forma contentiosa, & per iuris apices, sed sola facti veritate, & summarie cognosci debent, iuxta allegationem Lap. 73. ubi add. Rot. in Pofanien. Abbatis. I. Julii 1647. cor. Cello inter suas, dec. 25. n. 9. & habetur in Romana revisionis rationum hoc tit. disc. 91. ac pluries in sua materia, sub tit. de Regularibus, ubi etiam ex eadem ratione, quod eorum cauae deducende non sunt ad forum contentiosum & in Tribunalibus ordinariis, sed cognosci debent intra ipsum ordinem, ejusque Superiores Regulares, extra quos non admittunt nisi, vel Cardinalis protector, vel S. Congr. Regularium negotiis preposita, iuxta declarationes Congregationis deputatae per Innoc. X. de anno 1650. registratas apud Fagnan. in c. de Praetore no. de appellatibus, ubi plene de hac materia; Et de qua Regularium exemptione plene, doctae, ac erudite habetur in disceptatione Cardinalis de Albicis edita in Romana jurisdictionis, seu tituli Cardinalitatis, de qua infra, hoc eod. tit. disc. 24. ac impressa in calce praesentis tituli; Unde cum omnes dictiones cessassent ob omnimodam dicti Monasterii suppressionem, remotis ipsi Regularibus de facto, ejusque secularizationem cum provisione Apostolica de directo contraria, quod scilicet Rectoris praesentatio fieri deberet coram Ordinario, a quo esset insituentis, utique dictum privilegium, quamvis alias verum, & subsistens in statu regulari, omnino evanuerat, potissime quia in secularizatione, nulla continebatur clausula praeservativa, minisque suberant persona in statu regulari continentes, cum quibus tale privilegium esset verificabile, ut est in casu, de quo in Castarugustana Cathedralitatis, sub tit. de praemunitis, hoc eodem lib. disc. 3. cum sequentibus.

Hinc proinde inanis labor videbatur assumere tertiam inspectionem super dicti privilegii relevantia; Verum ubi praemissis omnibus cessantibus, dictum privilegium verum ac durable supponendum veniret, perinde ac si Monasterium cum actuali conventu Regularium in ejus antiquo & consueto statu regulari continuaret, Adhuc tamen in proposito, & ad effectum de quo agebatur, nihil relevabat, licet enim aliquam verborum amplitudinem contineret, ut scilicet nullus Episcopus in eo jurisdictionem aliquam habeat, atque liberum sit ipsius Monasterii Monachis & clericis a quocumque Episcopo sibi placito ordinem suscipere, nec non Christum, Oleum sanctum, & aliarum consecrationes obtinere, ex quibus utpote ordinem Episcopalem concernentibus excludi videtur quaecumque Episcopi dioecesanis jurisdictione, proinde quod induci territorium separatum, & qualitas Nullius, saltem improprie & secundum quid, non obstante loci situatione diocesis, a qua undique circumdatus esset, ex firmatis in d. Montis Cassin. Jurisdictionis coram Bichio, dec. 373. p. 1. rec. cum ibi allegatis, & ex qua totum desinebant scribentes in contrarium.

Nihilominus ex deductis in Toletana, disc. 1. & in aliis fre. Card. de Luca, Lib. III.

quenter, planus ac inevitabilis punctus, per quem tollitur huiusmodi aequivoce, istius usurpationibus & contortis fomentum tribuentia, consistit in eo quod, admitta etiam ista impropria, & intellectuali separatione territorii, ea procedit quantum ipsius exempti, & privilegiati Monasterii, seu loci territorium se extendit, quod restringitur intra claustra & ambitum ipsius monasterii materialis juxta traditionem Cardinalis in Clementina 1. n. 1. de statu Monachorum, de qua Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 7. nu. 39. Caputaq. dec. 225. p. 2. dec. 248. nu. 35. p. 11. rec. Et sic quoad personas intra ipsum ambitum viventes, Non inde tamen inferri potest ad concessionem territorii, in quo vivit clerus & populus secularis cum activa jurisdictione in istum, acquirendo qualiter Pastoris cum omnibus in suo territorio dependens, & in qua circumstantia totus est huiusmodi controversiarum punctus, cuius ratione haec privilegia exemptiva ipsorum Monasteriorum, vel Ecclesiarum, quantumvis ampla & praegnantia, in proposito nullius remanent operationis, quia punctus non est in exemptione passiva, sed jurisdictione activa in territorio non suo, & in populum non suum.

Cumque, quando S. C. T. in concernentibus curam animarum & administrationem Sacramentorum, ac aliis concedi locorum Ordinarii jurisdictionem delegatam in locis exemptis, loquatur ac exprimat, etiam sine Nullius, atque ex deductis in d. Toletana, & in aliis, receptum sit, huiusmodi delegationem non adaptari locis vere territorium separatum habentibus, Idcirco perneceffedendum est, intelligere voluisse de huiusmodi Nullius improprie quod dicitur fide, ac intellectualiter, non obstante situatione in diecesi, cum alias dicta verba facta essent, nullamque haberent operationem, & istam credebam esse veritatem.

ANNOT. AD DISC. X.

Idem in Lunen. vel Sarzanen. de qua isto, disc. 10. consensu tamen qualitates Episcopi, firmiter credo, quod resolutiones S. Congregationis istam habeant observantiam, quodque illa non negligatur, potissime, dum reverta praesentio Praelati inferioris super territorio separato, & qualitate Nullius, ad effectum effugendi delegatam jurisdictionem, nulli probabilis innixa videatur fundamentum.

APRUTINA JURISDICTIONIS PRO EPISCOPO CUM ABBATE MONASTERII CORROPOLIS.

Causa pendet in Rota cum resolutionibus, ut infra.

De probatione situationis loci in Diocesi, an incumbat Episcopo agenti contra Praelatum inferriorem pro exercitio ordinariae, vel delegatae jurisdictionis; Et de probatione privilegii super territorio separato per testes ob illius casuale amissionem.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Planta deferretur circa situationem loci.
3 Situatio loci in Diocesi probanda est per Episcopum actorem.
4 Contrarium verius cum declaratione, quando id procedat.
5 Ille probationes, quae de se non sufficiunt, attendantur tanquam adminicula circa situationem.
6 An probetur privilegium amissionem per testes, & quomodo isti deponere debeant.
7 Quomodo debeant deponere testes ad concludendam quaedam de visu in immemorabili.

D I S C. XI.

Utsque ab anno 1585. & antea introducta fuit in Rota coram Bubalo super spirituali & quasi Episcopali jurisdictione praesentia per Abbatem loci Corropolis Ordinis Cassellinorum, & sub die prima Aprilis ejusdem anni prodiit decisio decretans Episcopo manutentionem in exercitio jurisdictionis delegatae; Reassumpta vero de anno 1662. coram Bevilacqua subrogato sub die 6. Martii idem resolutum fuit circa visum visitandi, ex eo fundamento, quod cum constaret de huius loci situatione intra limites diocesis, fundata remanet Episcopi intentio super spirituali jurisdictione, in qua ex sola iuris assentientia conceditur ma-

nutentio, juxta firmata in pluribus præcedentibus decisionibus coram eodem in Causa Tolentana, de qua supra, *dis. 1.* mandando in reliquis videri de bono jure; Super quo assumpta disputatione sub die 23. Martii 1666. dictum fuit, quod fieret planta paribus auditis, atque in hoc statu causa reperitur: Dictaque resolutio forsitan processit ex consimili praxi servata in adeo agitata causa S. Angeli Longobardorum coram Pirovano, & Peutingero, in qua confecta fuit planta, cui in resolutionibus factis delatum fuit pro territorio separato ad favorem Monasterii S. Guglielmi Congregationis Montis Virginis, eique Generalis ibi residentis, ut patet ex decisionibus de super editis, quarum aliqua habentur impressa, *dec. 197. p. 8. rec. & dec. 80. p. 9.*

In hac igitur ultima disputatione in bono jure, in qua solum scilicet habebat pro Episcopo, scribens pro dicto Prelato inferiori pretendente quasi Episcopalem jurisdictionem in isto loco cum territorio separato, & cum qualitate nullius, duo deducebant fundamenta; Unum non probate situationis in diocesi, quam probandum esse per Episcopum actorem tanquam sine intentionis fundamentum, quoties Prelatus inferior reperitur in quasi possessione exercendi jurisdictionem spirituales, alias dictum fuit in alia Aputina, seu nullius jurisdictionis 11. Martii 1624. coram Dunozeo tenore impressi post Tambur. *de iur. Abb. tom. 3. dec. 71. & inter suas, dec. 309. n. 7. & seq.* potissime quia in facto docebatur locum controversum magis adiacere diocesisbus, Afulæ & Ripan. in quibus etiam consistabat, itaut non concurreret circumdatio undique.

Et secundo, quod adesse privilegium Apostolicum super territorio separato quod asserbant amissum fuisse cum aliis scripturis, ac Sacra Suppellectilii, in excidio, seu devastatione data per milites occasione ejusdem belli, cujus casus accidentalis in genere dabatur probationes sufficientes; Deducendo etiam aliquas probationes factas de dicto anno 1585. vel etiam antea super immemorabili per testes examinatos coram Episcopo Reatino forè in vim territorialium Rota.

His non obstantibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, resolutio non placuit, quoniam ut advertitur in d. Tolentana *dis. 1.* (que omnium consimilium controversiarum videtur hodie norma & magistra, & stante communi, & per Rotam, ac Sac. Congreg. Conc. recepta opinione, de qua etiam in Marcell. apud Barut. *dec. 578.* & alibi frequenter super generali divisione Dionysii totius Orbis in diocesis, ista qualitas nullus, & extra hanc generalem divisionem non præsumitur, Tunc autem in his terminis rectè procedit in hac materia vulgaris regula textus in *l. actor de probat. cum concord.* ut actori incumbat onus probare id quod allegat pro fundamento intentionis, cum alias reo, & possessori sufficit vincere per non jus; Quando alter Episcopus esset in causa, quia in possessione reperitur, itaut, præsupposita loci existentia in una, vel altera diocesi; juxta dictam generalem divisionem, sola contentio esset super pertinencia inter duos Episcopos, quorum unus esset actor, alter reus; Secus autem ubi questio est cum inferiori habente juris restitutum, vel contrariam præsumptionem; Atque talis est praxis Sac. Congreg. Concilii. ut patet ex tot casibus, de quibus supra & infra, quoniam non docto in continenti per inferiorem Prelatum de privilegio, decernitur vicino, & adiacenti Episcopo competenti manentio in exercitio delegata jurisdictionis, donec per allegantem territorium separatum, illud probetur per privilegium, vel per immemorabilem canonizatam per tres conformes. Hæc autem praxis procedere non potest, si Episcopo ad eandem Congregationem recurrenti incumbere onus formalis, & concludens probationis super situatione, cum hæc probatio, ubi præsertim non concurrat circumdatio undique, sed adest consensio cum aliis diocesisbus, dicatur satis difficilis, nimiumque dispendiosa, unde esset retrahere omnes Episcopos ab hujusmodi opere assumendo, atque destruere propositiones, quas in hac materia receptas habemus; Atque ita per indirectum Inferiores Prelati hanc jurisdictionem sibi assumentes, obtinere victoriam negotii principalis; Potissime quia hujusmodi jurisdictionales controversie habent speciem notoriam in regione, absque dubio notissima sunt aliis Episcopis adjacentibus, quorum non oppositio per tempus considerabile, clarum inducit argumentum situationis infra Diocesim illius Episcopi, qui comparat, & litem sublinet, ut clarè ad sensum, ac sæpè habetur in præcedentibus.

Clarius verò in hac facti specie, ob eam circumstantiam, quod ageretur de satis diuturna lite, in qua Episcopus obtinuit ut supra usque ab anno 1585. resolutionem in possessio-

rio, renovatam de anno 1663. absque eo quod dicti alii Episcopi, qui dicebantur magis adiacentes unquam comparuissent, eorumque præteritionem deduxissent; Ac etiam, quia eadem situatio iustificari videbatur ex quadam Bulla Anastasii, & ex planta quadam, seu mappa geographica impressa, quæ ut supponebatur, facta erat de universa Provincia per Ministros Regios. cum aliis adminiculis ponderatis in dicta decisione super possessorio 6. Martii 1662.

Quamvis enim in dicta alia Aputina, *dec. 71.* post Tambur. & 309. Dunozeo. sen. in qua etiam eadem planta, & dicta Bulla Anastasii deducebantur, consideretur neutram esse in forma probanti, ac sufficienti fide dignam; Nihilominus responso esset considerabilis, quando una, vel altera probationis species deducitur tanquam unica, & pro tali iustificatione; Secus ubi pro adminiculis codiuvativis præsumptionis juris; Ut recedendo à dicta decisione advertitur in duobus posterioribus decisionibus editis coram Dunozeo jun. in præfata alia Aputina impressi, *dec. 285. & seq. p. 6. rec. & inter suas, dec. 426. & 437.* Quibus sanctibus dicibus, nullum fundamentum constitutum esse in dicta precedenti decisione jam revocata, à qua scribentes in contrarium totum nuaverunt, unde propterea resolutio prædicta parum probabillis visa fuit, nisi forte consideratum esset, Episcopo parum præjudicati, vel manutentionem sibi concessam in exercitio jurisdictionis.

Quo verò ad alterum fundamentum privilegii super territorio separato, quod ex dicto excidio, cum aliis scripturis, ac etiam cum sacra suppellectilii amissum supponebatur; Illud videbatur satis debile, ac omnino contempibile, cum alia non daretur probatio, nisi illa casus, ac præemptionis scripturarum in genere, quod in proposito nullius est momenti; Licet enim non negetur possibilis probandi per testes veritatem scripturæ casualiter amissæ; Nihilominus ultra probationem in genere ipsius casus, existitur etiam, quod testes valde periti, puta, Doctores, & Notarii, satis rectè & concludenter deponant, tam de illius tenore, quam de ejus statu & qualitate, quod scilicet esset vera, & authentica, non autem confecta, & supposita, seu falsificata, satis convincentes, ac verisimiles sententia causas reddentes, ut ex Barr. & aliis civilibus in *auth. si quis in aliquo, C. de edendo, & ex Canonibus, inc. cum olim, primo de privilegiis, late apud Afflic. dec. 274. & 302.* quo videntur in materia magistras, Cavaler. *dec. 523.* Rota in Calaguriana decimarum 17. Aprilis 1654. coram Zarata, impressi post Zuffum *de legit. process. dec. 15. & in aliis.*

Et quando non haberentur autoritates, ad evidentiam id probaret ipse naturalis discursus, quoniam quilibet alius posset privilegium, vel aliud documentum à se confectum, seu falsificatum exhibere peritissimis Doctoribus & Notariis, sub prætextu obtinendi ab eis consilium in negotio principali, itaut illi, veridicè, & sincerè de ejus tenore benè deponere possent, illud deinde lacerando, vel occultando, non convinci possit falsitas, vel confictio; Unde propterea, cum in hac facti specie nulla daretur probatio, nisi illa casualis amissionis scripturarum Monasterii in genere, istud motivum remanebat disputatione indignum.

Demum nullius momenti videbantur probationes ut supra factæ per testes ante annum 1585. inductos coram Episcopo Reatino; Tum quia erant nulliter examinati, non dicta prima decisione coram Buhalo; Tum etiam quia laborabant in dicto, dum non concludunt super quadrageneria de visu, quod est primum, ac potissimum requisitum probationis immemorabilis; Licet enim simpliciter dicerent ab annis 50. & 60. citra, at tamen id non concludit, cum verificari possint eo, quod heri, & nudius tertius gestum est, juxta receptam doctrinam Barr. in *l. Celsus, ff. de usufructu. Scraph. dec. 460. n. 1.* Cavaler. *dec. 174. & 213. urrobieque num. 1. & 2.* Sublati quoque his probationibus, impossibilis erat nova, cum subducto dicto tempore litis ab anno 1585. & antea, impossibile esset habere testes, qui, subducendo etiam tempus ætatis pupillaris, concludere possent de visu per tempus quadragenarium; Unde præfens causa mihi videbatur nimis plana pro Episcopo.

ANNOT. AD DISC. XI.

Ista causa Aputina docet, & comprobat id, quod insinuatur supra, *dis. 2. & 4.* & alibi pluries, quod scilicet errorum fit in hujusmodi casibus procedere cum legalibus rigoribus, & cum tela judicaria, quoniam ita Episcopi potissime pauperum, ut etiam divitum, sed nimis gravatorem Ecclesiarum, terrentur hujusmodi lites subline-

re, ideoque earum prosecutionem negligunt, atque exinde resultant Ecclesiarum præjudicia, & quod magis est, alia graviora præjudicia, que resultant animarum salutis, & spirituali administrationi Sacramentorum, & divinorum, & criminum punitioni in hujusmodi locis acephalis; Ideoque ut dixi, commendabilibus esset, quod Sacra Congreg. Concilii omnes itas reanumeret causas, easque breviter, & summarie more Principis omni appellatione postposita terminaret. Et de improbabilitate istius resolutionis habetur latius infra, *dis. 96. & seq.*

BENEVENTANA JURISDICTIONIS

PRO ABBATE SANCTI MODESTI CUM ARCHIEPISCOPO.

Casus decisis per Rotam pro Archiepiscopo.

De eandem materia probationis situationis in diocesi, vel territorio separati respectivè, Et an privilegium Apostolicum, quamvis non expressum, super territorio separato, & jurisdictione activa in clerum, & populum, sufficiat concurrenter longæva observantia, tanquam ab ista ita interpretatum.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 In probatione immemorabilis subducendum est tempus litis.
- 3 Insistentia de jure Canonico est perpetua, & nunquam perit.
- 4 Quando etiam de jure Canonico per longissimum tempus litis dicatur habita pro derelicta, & cesset.
- 5 Episcopo agens incumbit onus probans situationem in diocesi.
- 6 De præsumptione situationis ob generalem divisionem Dionysii, altero Episcopo non comparante, & n. 13.
- 7 Quod confecti debeat planta.
- 8 Negativa proferitur ex non descriptione omnium locorum diocesis, & n. 4.
- 9 Archiepiscopi proprium non dat fidem ad proprium commo-dum.
- 10 Ubi duosunt loca ejusdem nominis, actus remanent equivo-ci.
- 11 De differentia inter Episcopum, & Metropolitanum, & de discretis terminis provincie & diocesis.
- 12 Etiam provincia sub nomine diocesis explicari solet.
- 13 De argumento situationis, de quo supra n. 6.
- 14 Declaratur conclusio, de qua n. 8.
- 15 De circumdatone loci undique, seu adiacentia cum aliis locis, quando hæc fit considerabilis.
- 16 An privilegia Apostolica exemptiva inducant territorium separatum, & jurisdictionem activam.
- 17 Quod ex observantia recipere possint hanc interpretationem.
- 18 Consideratur circumstantia notabilis ad favorem Prelati inferioris.
- 19 Privilegia quamvis non expressa, deservire possunt pro titulo passivo bonæ fidei ad prescriptionem.
- 20 Quod præscribi etiam possit territorium separatum, & non ante mensuram anorum capium in suo corpore.
- 21 Privilegia Principum Sæcularium quomodo in proposito attendenda sint.
- 22 Illi de loco nullius venientur accedere ad Synodum Episcopali vicinioris, si sibi ipsi propria Synodus non celebratur.
- 23 Confessione Prelatorum non præjudicant Ecclesie maxime in iis, que non pendunt ab ejus factis, vel animo.

D I S C. XII.

Cum ab antiquo tempore Abbas Monasterii S. Modesti Civitatis Beneventi Congregationis Canonicorum Lateranensium, jurisdictionem spirituales, & quasi Episcopalem in Terra S. Georgii de Montanea Montis Fulcolii nuncupata, de facto exerceret, etiam quoad actus eadentes sub jurisdictione delegata Ordinarii locorum per Sac. Congreg. & Apostolicas Constitutiones; præsertim verò in ejusdem loci Ecclesia parochiali, Abbacia, nuncupata instituit quendam Lucium, à Barone, seu Domino temporali presentatum, ille contra proprium Superiorem caput erigendo, atque ut dicitur, proprio auctori questionem re-

ferendo obedientiam dicti Abbati denegare cepit, quicquid jurisdictionem, & superioritatem controvehere, asseclando potius subjectionem erga Archiepiscopum, idque fuit istius controverfiz origo; Introducitur proinde causa usque ab anno 1618. cor. A.C. Abbas obtinuit mandatum de manutentione in sua jurisdictione, & superioritatis possessione, & exercitio, unde per Lucium, quem etiam Archiepiscopus confovebat, appellatione interposita, commissa fuit causa in Rota abique tamen ulteriori progressu usque ad annum circiter 1660. in quo denegante è converso moderno Rectore jurisdictionem, & superioritatem Archiepiscopi visitate velentis, alioquin actus jurisdictionales exercere, ex parte Archiepiscopi introduca fuit causa in Rota coram Bevilacqua: Cumque utraque pars prætenderet, unam eorum respectivè commississe attentatam, & manutentionem sibi debet, idcirco agitata causa sub nomine dicti Abbatis S. Modesti, quamvis verè sit sublinetur per dicti loci Rectorem, Communitatem, & Dominum temporalem, datum fuit dubium, an consisteret de attentatis, hinc inde, & cum danda esset manutentio, Quo his proposito de anni 1663, & 1664. abique aliqua resolutione, demandatum fuit videri de bono jure, super quo assumpta disputatione sub die 9. Junii 1666. prodit resolutio Archiepiscopo favorabilis super omnimoda jurisdictione ordinaria, & delegata, ex præsupposito situationis loci in diocesi, à qua undique circumdatus esset, unde propterea intraret iuris silentia, donec de territorio separato doceretur, potissime concurrentibus aliquibus enunciatiis super eadem situatione, ac aliquibus actibus jurisdictionalibus.

Maius verò, ac principale fundamentum constitutum fuit in quodam actu publico renunciationis litis de anno 1660. facto per Abbatem, & Conventum dicti Monasterii Capitulati, continente confessionem, ac agnitionem, quod Terra prædicta sita esset in diocesi Beneventana, & sub Archiepiscopi omnimoda jurisdictione spirituali, cedendo, & renunciando cuicumque liti, que ipsius Monasterii nomine ageretur; Cumque dicta confessio per Congregationis Superioris revocata esset, atque in facto doceretur non subsistere præsuppositum circumdationis loci undique, cum in notabili parte adiaceret duobus aliis locis in eadem Montanea existentibus, que iam Rota contra eundem Archiepiscopum declaraverat de territorio separato & nullius ad favorem Monasterii Montis Virginis jurisdictionis 12. Junii 1656. & 8. Junii 1657. cor. Dunozeo inter suas *dec. 1988. & 1001.* Idcirco concessa fuit nova audientia, atque ter causa propozita, ob difficultates nulla capta resolutione, demum sub die 26. Novembris 1668. per scriptum fuit in decisis, non tamen absque votorum discrepantia.

In his autem disputationibus, tres fuerunt inspectiones, seu puncti, Unus ordinis circa attentata hinc inde, Alter super probatione situationis loci in diocesi, super quo in dictis disputationibus adversus decisionem habuit principaliter ex hac parte insistebatur, Et tertius super interpretatione, ac relevancia privilegiorum dicti Monasterii, ex quibus ad hujusmodi jurisdictionem privativè ad Archiepiscopum cum territorio separato, & qualitate nullius inferretur.

Quoad primum, resolutio pendebat à puncto, an adhuc vigeter lis ab anno 1619. ut supra in Rota introduca, vel potius ea deserta, attendenda esset nova parte Archiepiscopi introduca moderno tempore in eadem Rota; Si enim verisimem in hac fecunda parte, ut Archiepiscopo prætendebat, tunc attentata adesset ex parte Abbatis, eique adhaerentium; E converso autem si, juxta primam, duraret lis antiqua, attentata erant clara contra Archiepiscopum.

Hinc autem punctus, nedum respiciebat ordinem, sed etiam influebat ad iustitiam negotii principalis, ad effectum scilicet ut habenda non esset ratio actuum jurisdictionalium hoc intermedio tempore per Archiepiscopum gestorum, ut potè lite pendente, ad quem effectum id proderat huc partem, cui tamen è converso noceret ad alium effectum reddendi improbabilem immemorabilem, quatenus, non iustitiantibus privilegii, ad hanc speciem probationis recurrere oportuisset, quia cum certum fit quod à quadragenaria de visu per testes iustificanda subducendum est tempus litis, isto ac altero ætatis pupillaris subducendum est tempus litis, ubi habere testes, qui dictam quadragenariam concludere possent, ut in congressu ab initio pro causa directione habito, de hujusmodi effectibus profectis, & respectivè præjudicialibus discurrebam, ad effectum determinandi, an magis expediret insilire super dicta antiqua lite eiusque dura-

tione, vel potius acquiescere pretensioni alterius partis; si per ejus defectione ac expiratione, Determinatum tamen hinc juxta primam partem.

Hinc propterea disputandum dicitur, de hujusmodi antiquitate lris existentia & duratione dubitandum non esse, non obstante diuturno silentio annorum circiter 40. quoniam quicquid ingenio in contrarium probate conetur Covar. in c. quomodo pactum, de pactis in 6. p. 2. num. 4. de quo Rovitus, super pragmat. de pactis in 6. p. 2. num. 4. & qui aliquos habet sequaces, Attamen in Rota & Curia Romana, omnino verius ac receptum est, neglecta dispositione juris civilis super preemptione instantiae, de qua etiamque restatratione ac aliis ad materiam facientibus ceteris allegatis, Rovit. super pragmat. in rubr. & pragmat. 1. de instantia casu, non restatratione, de jure canonico esse perpetua & nunquam perimam, non obstante quocumque temporis lapsu, ut ex Abb. & aliis, in c. venerabilis, & cap. fin. de judic. Mart. in prax. par. 5. verbo. Et omnia fiant durante instantia, & Vestr. & add. in prax. l. 3. c. 5. Rota dec. 326. n. fin. p. 1. rec. & passim.

Et quoniam eadem conclusio tenetur, adhuc in Rota & Curia, ex longissimo silentio resultare solet effectus dictae preemptionis equipollens, super lris scilicet defectione, eo quod presumatur habita pro derelicta, Nihilominus in disputationibus, quae in hac materia frequentes habentur in beneficiis occasione regulae de triennali, receptum est, duo requisita copulative concurrere debere. Primum, tempus longissimum ad minus 30. annorum. Et secundum, malum jus eius, qui litem prosequi tenebatur, ac ratiu de feruit, quasi quod ita suum malum jus agnosceret, animum defendendi declaraverit, hanc ita defectione resultant, magis ad praesumptum voluntate, quam ad juris dispositione, ut ceteris allegatis habetur apud Royas, dec. 299. & dec. 255. num. 8. & seg. p. 1. rec. & seg.

Quoniam tamen concurrere primum requisitum temporis, omnino non cessabat alterum, quod scilicet silentium proveniret ab eo, qui tenebatur litem prosequi, quoniam cum haec pars esset appellata, utpote obtinens mantentionem a iudice prime instantiae, idcirco non huic, sed alteri incumbere onus prosecutionis, idcirco proptus improprium erat, ut huiusmodi silentium pro delinquentem innocenti obiceretur, Et consequenter extraneam dicebam disputationem, quam super hoc puncto scribentes pro Archiepiscopo ab initio assumpserunt circa merita, ut ita alterum requisitum mali iuris iustificarent, Tum quia ut patet ex mox allegatis decisionibus, illud debet esse clarum, non autem aliud dubium & disputabile; Tum etiam quia cum dictus defectiois effectus ita resultare dicatur, non ex dispositione iuris, sed ex praesumpta voluntate deferentis, quasi quod ita eius malum jus approverit, requiritur ut negligentia proveniat ex parte succumbentis, cui prosecutionis onus incumbit, non autem victoris, cuius potius interest, causam appellantis ulterius progreffum non habere, unde erat obicere in odium id quod favore obtinentis contra appellationem de iure inductum est.

Quovero ad alteram punctum situationis loci in dioecesi, & super quo maior ac praenotata fuit disputatio, Dicebam scribens pro hac parte Praelati inferioris, impugnando dictam primam dec. anni 1666. quod omnia eius praesupposita corroborebant. Tum respectu circumstantiarum, cum in facto ex delineatione, seu planta doceretur, illud Oppidum pro magna parte adiacere aliis, quae supra iam declarata fuerant de territorio separato, & sub omnimoda quasi Episcopali iurisdictione Abbatis Montis Virginis, Tum etiam quia constabat equivocas minime concludentes remanere alias species probationis ex enunciativis & actibus iurisdictionibus resultantibus.

Et consequenter insitebam in conclusione, de qua Seraph. dec. 1298. dec. 54. n. 2. & dec. 71. n. 5. post Tamb. de Jur. Abb. tom. 3. ut scilicet Episcopo agenti ad verius inferiorem Praelatum possessorem spiritualis iurisdictionis, incumbat onus conclusionem probandi situationem loci intra suam dioecesim, tanquam sine intentionis fundamentum, neque alias intrat iuris assentientia procedens dato hoc praesupposito, ut etiam habetur in Aputina, disc. praed.

Et quoniam scribentes pro Archiepiscopo insisterent potissimum in firmatis in Marficensi iurisdictionis cor. Burato inter suas dec. 677. quod scilicet ob generale Dionysii divisionem, omnia loca praesumantur esse in aliqua dioecesi, & proinde; alio Episcopo non componente praesumptio assistat agenti, Respondendam tamen, quod ut patet ex eadem decisione ac aliis posterioribus editis in ea causa, de qua

infra, disc. sequenti, ita praesumptio deducitur tanquam unum ex argumentis, aliunde vero ibi situatio iustificabatur, eaque videbatur indubitata, ex eo praesertim quod dabitur initium iurisdictionis pro ipsam Episcopum illi Archiepiscopo concessa, Reconveniendum in hoc Rotam cum resolutione capta in dicta Aputina, disc. praed. dum cessante circumstantione undique, ob dubietatem quod locus, in una, vel altera dioecesi esse possit, vel in nulla, mandavit consilii plantam, super hac eadem provisione insulendo.

Clarius vero, quia potius pro dicta situationis negativa nonnulla urgebant adminicula, illud praesertim satis efficax quod in descriptione facta de anno 1375. per Archiepiscopum de Aquino de omnibus locis dioecesis, ad effectum obtinendi subsidium charitativum, reperitur solum descriptum unum Oppidum S. Gregorii, quod est illud de Molara, indubitate & extra controversiam de hac dioecesi, & consequenter probatur negativam illius, quae ita probari dicitur, ut apud Othob. dec. 114. n. 4. & 138. n. 18. Et his addebam alia adminicula resultantia ab exercitio iurisdictionis dicti Abbatis, de quibus infra in tertio puncto super interpretatione privilegiorum.

Et quoad enunciativam, tres dabam responseiones, quarum qualibet sufficiens videbatur. Primum scilicet quod scripturae, ex quibus ille deducebantur, non essent in forma probanti, neque eius deducendum esse cum essent extracta a proprio Archivo ipsius Episcopi colligantibus, Capua, dec. 42. p. 1. Millin. dec. 34. n. 1. & seg. & in aliis adductis dec. 59. n. 18. & seg. p. 1. rec. plene in Senogallien. Parochialis 12. Februarii 1666. coram Bourlemont.

Secundo, quod stante duplicitate Oppidum sub eodem vocabulo S. Gregorii in hac regione, fuit contracta existentium, ita dicta enunciativae remanebant aequivocae, utpote referribiles ad dictum aliud Oppidum, quod non dubitabatur esse de dioecesi, Et cum aequivoce respondebatur etiam actibus iurisdictionibus in dicta decisione ponderatis, Ut in individuo in simili controversia contra eundem Archiepiscopum ob eandem pluralitatem locorum eundem nuncupationis firmatur in allegatis decisionibus Montis Virginis, seu nullus 12. Junii 1556. & 8. Junii 1637. coram Duozetto inter suas dec. 988. & 1001.

Et tertio potissime, quia controversia non erat cum simplici Episcopo, cuius respectu enunciativae ad alium titulum referri non possunt, nisi ad verum dioecesanum, ad quem etiam referendi veniunt actus iurisdictionales, non confito quod gesti fuerint iure delegato, tanquam a viciniori, in quibus terminis procedunt forte omnes auctoritates & decisiones de materia agendis; Sed erat cum Archiepiscopo, qui est etiam Metropolitanus, habens nedum dioecesim, sed etiam amplam provinciam, sui quoque generalis consuetudo est, praesertim Datariae & Cancellariae Apostolicae, & denominandi huiusmodi loca nullius & de territorio separato, in quibus etiam Metropolitanus iure Metropolitarico plures actus iurisdictionales exercere solet, magis quam in reliquis dioecesibus Suffraganeorum, & consequenter, tam enunciativae, quam actus iurisdictionales debeant sub aequivoce utpote ad hunc diversum titulum referribiles.

Et quoniam dicta insulatio locorum Nullius fieri solet sub nomine provinciae, non autem dioecesis, qui termini sub discreti in Metropolitanum utrumque territorium habente, dioecesim scilicet & provinciam, quorum unum est immediatum, alterum vero mediatum, nihilominus dicebatur ex hac parte, hanc provinciam quandoque sub nomine dioecesis explicari consuevisse, ut constat ex licris Apostolicis Joannis XIII. registratis pro Ughellum in ejus Italia Sacra tom. 8. fol. 92. in quibus dicitur dioecesis Archiepiscopi, etiam illa pars, quae proprias habet Episcopos suffraganeos, & sic vocabulum provinciae usurpatur pro illo dioecesi.

His tamen obstantibus, reflectendo ad veritatem, quoad hunc punctum situationis, satis dubitabam, quoniam stante dicto argumento generalis divisionis totius Orbis, de quo in Toletana, disc. 1. & in aliis frequenter hoc eodem titulo, non dato saltem efficaci sumo situationis in alia dioecesi, illud videtur satis concludens, potissimum stantibus dictis enunciativis ac aliis, ut supra, quae licet singulariter & de per se considerata non sufficienter ad perfectam probationem, utpote aequivocae, nihilominus satis operativa videntur, tanquam adminicula ad conservandam & corroborandam juris praesumptionem, ex praesertim insulm unita ponderando.

Dicta vero contraria adminicula, recte considerabilia esse

esse observabam in ordine ad tertium punctum probationis territorii separati ex privilegiis Apostolicis, ita interpretatis infra, Secus autem quoad istam situationem, quoniam licet factis forte videretur adminiculum deductum ex non descriptione ipsius loci inter alia dioecesis, nihilominus adhuc istud erat aequivoce, dum dicta descriptio facta non erat principaliter ad determinandos fines dioeceseos quoad universos legis dioeceseos effectus, sed erat solum pro exactione subsidii charitativi, a quo illius loci Rector & Clerus poterat esse exemptus, ratione privilegiorum dicti Monasterii & Potissime quia ante Concilium Tridentinum, quod etiam in locis exemptis tantam iurisdictionem Ordinarius, seu Dioecesis delegavit, effectus exemptionis videbatur idem ac ille territorii separati & nullius, ut in Theatina, disc. 5. & consequenter merito sub dicta descriptione non aderat.

Et quoad cessantem circumstantionem undique, adhuc videbatur debile fundamentum, dum adiacenta non erat cum altera dioecesi iuxta casum, de quo in dicta Aputina, sed erat cum duobus Oppidis, seu locis tantum ad eandem Beavenentam dioecesim pertinentibus, quae ex privilegiis Apostolicis, ita saltem ob observantia interpretatis dismembrata fuerunt, ac effecta de territorio separato; Cum enim Monasterium Montis Virginis, illaque Congregatio certum initium haberent infra nostrae salutis millefimum, hinc proinde per necesse fore oportere eorumdem locorum precedentem situationem in dioecesi, a qua deinde ex auctoritate Apostolica fuerint dismembrata, cum privato supponat habitum, ac dismembratio praecedentem annexionem alteri corpori, & si revera aderat circumstantio undique, solumque hanc adiacentiam alius duobus locis iam declaratis nullius deservire posse considerabam pro uno ex adminiculis territorii separati, iuxta tertium punctum, de quo proxime infra, dum ita con. con. in his partibus, non omnino novum, neque insulatum esse, ut adfuit Praelati inferiores cum omnimoda iurisdictione quasi Episcopali, & territorio separato, nihil vero influere ad excludendam antiquam situationem in dioecesi.

Quare tota hujus Praelati defensio, pro meo iudicio, restringi videbatur ad dictum tertium punctum, an scilicet sufficienter constare diceretur de territorio separato, ita ut ille Praelatus inferior omnimodam quasi Episcopalem iurisdictionem in loco haberet, privative ad Archiepiscopum, tam quoad ordinariam, quam quoad delegatam, Cumque ex duobus speciebus, ad quas haec probatio restringitur, deficeret illa immemorabilis ut supra, & quae etiam facta, vel faciendi parum profectus foret, dum exigit canonizationem per tres conformes, quibus penderentibus, Episcopus manumteneatur, ut frequenter in praecedentibus, praesertim in Toletana, disc. 1. in Vulturariensi, & Anglonen. disc. 2. & 3. proindeque remaneret solum altera species per privilegium Apostolicum.

Difficultas erat, an ad id sufficienter & suffraganeorum hujus Monasterii privilegia Alexandri Tertii, & aliorum Pontificum, iuxta illorum temporum consuetam formulam, recipientia istud monasterium, sub S. Petri & Sedis Apostolicae protectione & immediata subjectione, cum plena, tam ipsius, ejusque personarum & bonorum exemptione a quacumque Ordinarii iurisdictione, & cum facultate ordinandi clericos, illisque insinuantibus & destinandis, ac etiam excommunicandi, necnon altaria & vasa sacra benedicendi & consecrandi, seu a quocvis bono viro Episcopo benedictionem, seu consecrationem obtinendi, cum similibus, quae iuxta antiquas formulas in huiusmodi monasteriorum exemptivis privilegiis contineri solebant, & ex quo amplitudine Rota in Montis Cassini iurisdictionis, dec. 373. p. 1. rec. firmavit, qualitate nullius resultare.

Verum inspecto solo tenore ac litera privilegiorum, adhuc periculosum videbatur fundamentum, quoniam ut habetur in dicta Toletana, disc. 1. & in aliis frequenter, huiusmodi privilegia, quantumvis ampla, & inductiva illius territorii separati, de quo d. dec. 373. p. 1. rec. operativa sunt in ordine ad ipsum Monasterium, seu Ecclesiam, cuiusque ambitum materiale, ultra quem eius territorium non extenditur, seu autem quoad iurisdictionem activam in clericis & populum viventem extra Monasterium in territorio Episcopi, cum dismembratione partis dioecesis, cuiusque transmutationem diversam naturam, & in quo restat inevitabilis difficultas, non obstante quacumque privilegiorum amplitudine.

Quia tamen privilegia Monasterii Montis Virginis de quibus in supra allegatis decisionibus coram Duozetto, de

re eiusdem tenoris erant, & nihilominus ex subsecuta obfervantia interpretationem receperunt, ut hanc activam iurisdictionem, ac separatam territorium impoquant, quod etiam dici posse videtur de magistrali Spouillacem. coram Marino Andrea, dec. 54. alias 59. post Tamburini. & de similibus, cum antiquis illis temporibus ista esset consueta privilegiorum formula, neque antiquitas istas facultates ac distinctiones excogitasset, & Concilio Tridentino citra forte extortas; Idcirco dicebam, idem in praesenti recte dicendum esse, cum facti circumstantiae, & adminicula nimis urgerent, etiam circa exercitium illius iurisdictionis, quae a publicatione Concilii citra, iure delegato in locis exemptis poenes Ordinarios locorum exiit, Prout sunt concedere literas dimissoriales pro suscipiendis Ordinibus, cognoscere causas matrimoniales & criminales, inditeere concursuum ad effectum providendi Rectorem Ecclesiae Parochialis, approbare Consecratos, benedecere Praedicates, concedere monitoriales pro revelationibus habendis, cum similibus, non nisi Praelato habenti omnimodam cum territorio separato conventionibus ex collectis per Clarin. coram 1700. 220. quia constabat omnes hos actus leges esse ab hoc Praelato.

Et clarius ob alias circumstantias, illam praesertim, quod non agebatur de Praelato residente in loco, de cuius iurisdictione agebatur, in quo ratione iurisdictionis temporalis, seu alias occasione exercitii cure, dici posset, exercitium iurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopali fuisse intrusivum, & clandestinum absque Episcopi scientia & patientia, ut sunt ferre omnes casus, de quibus supra & infra hoc tit. Sed agebatur de Praelato residente in ipsam Civitatem, in qua residet Archiepiscopus, in cuius faciem, publice, & palam usque ad dictum annum 1618. dictus actus, iurisdictionem etiam delegatam concedentes exercit, scientibus Archiepiscopis pro tempore, quos tunc, quando dignitas Episcopalis forte maioris de facto exsultationis erat, ostendebatur fuisse doctissimos & eximios Virs, qui fuerant Rota Auditores & respective Cardinales, in ipsam Sac. Congregatione Concilii versati, in quibus ignorantia dictae delegatae iurisdictionis in locis exemptis non dabatur, & tamen praemissa omnia tolerarunt, negligendo etiam huius loci visitationem.

Et in specie dicebatur in facto, quod etiam de anno 1660. quidam clericus, seu subdiaconus huius loci fuisset carceratus per Regiam Audientiam provinciamle ac quoddam grave facinus, atque cum literis monitorialibus Abbatis remissus fuisset eidem tanquam suo Praelato, ille cum cultodiendum repositus in carceribus illustri Curiae Archiepiscopalis, ubi detinueret per annum, deinde aequo serv. serv. condemnavit cum subsequuta executione.

Atque his recte conveniebant etiam alia adminicula superioris circa punctum situationis ponderata, ob huius loci non descriptionem inter reliqua loca Monasterii Montis Virginis eiusdem naturae & qualitatis, quibus omnibus infirmum iunctis, dicebam cadere eandem interpretationem privilegiorum, quae saltem capienda sunt tanquam fructus bonae fidei putativae tollens iuris resistantiam, ac malam fidem ex ea resultantem, atque praebens locum praescriptioni etiam quadragenariae, iuxta terminos text. in cap. auditis, de praescript. de quibus in eadem Toletana, disc. 1. Sicut enim praescribi possunt cumulative aliqui actus partiales ex ibi deductis, ita nil prohibere videtur, ex eadem ratione, proportionabiliter, stante dicto titulo putativo, eandem praescriptionem cadere super hac territorii parte, ita ab uno corpore abscissa, & in diversam naturam transmutata, per quam fiat corpus diversum cum diverso capite, Eodem modo, quo subsecutum, quod est membrum & pars alius cuiusvis feudi, efficit potest feudum in capite ex deductis in Mantuana, sub tit. de feudis, disc. 7. & alibi; Sive monasterium quod sit gratia & membrum alterius, efficiatur Monasterium in capite & independens, dum ita cessat inconveniens dandi duo capita in uno corpore, quia dicitur effici duo corpora separata, quorum quodlibet habet suum caput diceretur.

Et quoniam inter istum & dictum alterum casum Monasterii Montis Virginis, de quo in allegatis decisionibus coram Duozetto, aliqua dignoscitur videtur notabilis differentia, ob duplicem circumstantiam ibi concurrentem, & in praesenti cessantem, quod scilicet ille Praelatus esset caput Religionis, ac etiam haberet iurisdictionem temporalem in loco, unde propterea suffraganeatur dispositio eiusdem Sac. Conc. Trid. sess. 25. de regularibus, cap. 11. Nihilominus, sive

ob decretum Pii V. five quod Concilium intelligendum sit de jurisdictione temporali, plena & omnimoda, non autem de illa satis restricta, quam in Regno habent hujusmodi Praelati Ecclesiastici, non videtur quod de facto hujusmodi circumstantia nimium diversificet, ex his, quae super dicto c. 11. habentur superius ponderata in Anglonen. *disc. 9.* unde merito decisiones in eis non multum insistant.

27 Pro adminiculo quoque consideranda privilegia Pandulphi & Landulphi Princeps Longobardorum, in specie agentia de Ecclesia illius loci sancti Georgii, cum eius iuris concessa & confirmata dicto Abbati, Quamvis enim, prima decisio anni 1666. §. *penult.* illis privilegiis in specie respondendo, dicat de eis nullam habendam esse rationem, utpotè Principum saecularium in hac materia nullam potestatem habentium. Adhuc tamen consideranda idem quod de consimilibus privilegiis habetur supra in Maceraten. *disc. 6.* quod scilicet rectè deservire valeat. Vel tanquam lex fundationis, Vel tanquam assensus pro ejus jure, cum approbatione Apostolica, & sic, non pro integra probatione, seu competentia hujusmodi juris, sed pro adminiculo & corroboratore premiorum, omnibus infirmal ponderatis, cum regula, *ut singulari quae non possunt &c.*

Et converso autem, ponderando actus pro Archiepiscopo urgentes, Quatenus perinet ad enunciativas super situatione in diceces, parum oblatre videbantur. Tum ratione aequivoce ut supra, cum verificari possint in altero Oppido consimilis nuncupationis; Tum etiam quia vocabulum *diccesis* usurpari potest pro illo *provincie*, ut supra dictum est.

Quovero ad actus jurisdictionales gestos ab anno 1618. citra, planum videbatur, de eis nullam habendam esse rationem, utpotè gestis lite pendente, aliam operationem non scientibus, nisi illam impediendi ex tunc contrariam possessionem pacificam, & cursum praescriptionis, atque reddendi difficultatem probationem inmemorabilis; Pro tempore vero antecedenti nulli dabatur actus, dum quaedam visitationes factae erant jure delegato tanquam à viciniori, solumque difficultatem aliquam faciebant convocatio Rectoris illius loci ad Synodum, quaeque intervenisset, ita ut quandoque Rector pro tempore deputatus fuerit unus ex Examinatoribus Synodaliibus.

Verum hic actus videbatur compatibilis cum territorio separato, & quietate nullius, quoniam ubi Praelatus inferior, quamvis cum dicta quietate, non solet convocare, & celebrare propriam Synodum, tunc accedendum est ad illum Episcopo viciniori, ut decisum per Sacram Congreg. testatur Leo, Sayr. Tamburin. & ceteri collecti per Barbol. de Episcopo. *alleg. 93. n. 6.* Multo magis dum hic erat nedum vicinior, sed etiam Metropolitanus, non propterea actus remanet compatibilis.

Majorum difficultatem facere videbatur dicta confessio facta per Abbatem ejusque Conventum, & in qua prima decisio magnum constituit fundamentum; Sed neque videbatur multum considerabilis, quoniam prohibitus alienare, seu alias deponere, prohibetur etiam consisti, ne quod directè est prohibitum, ita indirectè sequatur, Ut omnis generalibus, de quo infra, in histerminis specialibus habetur, *dec. 127. n. 9. p. 9. & dec. 24. n. 31. par. 10. rec.* Unde cum non possit dictus Abbas iuribus Monasterii expressè praedicare, dicantque jurisdictionem à se abdicare, cum esset formalis alienatio cadens sub *extrav. ambros.* etiam super hujusmodi iuribus incorporabilibus & jurisdictionalibus, ut in Aecren. Vicarii coram Orthobono. *inter luas dec. 200. & passim.* idcirco neque consisti potuit, quia Praelatus non potest id confidendo iure Ecclesiae praedicare. Atque eatenus confessio attenditur, quatenus sit verificabilis, & adminiculata, Admittit confessionis tutoris cum similibus ex *deduc. per Mant. dec. 39. Caval. dec. 79. Buratt. & Adden. dec. 473. Greg. & Add. dec. 357.*

Ac etiam quia confessio in eo, qui non est prohibitus, attenditur, & est maxima species probationis in iis, que pendunt ab ejus animo, five consistant in ejus facto proprio, seu ab eo in iis, que consistunt in iure, seu pendunt à facto alieno, cum tunc confessio provenire possit ab erroris credulitate, quo inducere non potest id quod revera non est, *l. consiliosibus ff. de inter. & acc. action. Jus. dec. 164. n. 30. Buratt. dec. 235. & 483. utrobique no. 5.* Et habetur plures ad materiam fideicommissariam, quod confessio existens fideicommissi, istud non inducat, si vero non adest, cum similibus; Reptropofita autem causa sub die 26. Novembris 1668. coram eodem Bevilacqua, non abique votorum discrepantia perlitum fuit in decisio, atque illa causa tales habet facti circumstantias, illam praesertim tot actuum jurisdictionis

etiam delegata in ipsamet Civitate in faciem Archiepiscopi, quod diversificat ab aliis, in quibus Episcopi magis iustitiam assistere sepius dixi; Unde dictae resolutiones esse omnino placuerunt, licet neq; de positiva improbabilitate redargui valeant.

ANNOT. AD DISC. XII.

Potè editas decisiones in discursu enunciatis in ista causa Benevensana ob subsistentem mortem Procuratoris hujus partis, Advocatorum quoque, pro frequenti praxi, immutato sequita est, idcirco que amplius in causa non scripti, adhuc tamen Archiepiscopus causam est prosecutus, atque plures aliae proderunt decisiones praecedentes conformes, & Archiepiscopo favorabiles, nempe 12. Maji 1670. coram Emerit., & 23. Jan. 1671. coram Piolo.

Ita autem resolutiones potius laudanda videntur, quoniam ut pluries insistantur, etiam illa loca, que extra omnem errorem erant, propter Apostolicum indulgentiarum, vel ob immemorabilem bene probatam, reperitur in hoc statu, debent supprimi, atque Episcopi (ubi) vel saltem declarari, quod Concilii Tridentini sensus fuerit de illis etiam locis disponere circa delegatam jurisdictionem, ut etiam insinuat in ista, *disc. 16.*

MARISGAN. JURISDICTIONIS

PRO EPISCOPO,

CUM CAPITULO, SEU CLERO OPPIDI SAPONARIAE.

Causa decisus per Rotam pro Episcopo.

De eadem materia controverse jurisdictionalis inter Episcopum, & Praelatum inferiorem praetendentem jurisdictionem sui territorii separato; Et aut sententia, aliaque acta gesta cum Episcopo afficiant Capitulum, seu Clerum loci controversi; Et quando dicatur esse tale Capitulum quod ad causae defensionem evocandum, vel admittendum est.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Quando iura unius Ecclesiae, ad aliam translata censentur.*
- 3 *Sententia & acta cum uno ex defensoribus non citatis aliis principaliter interessatis non afficiunt, & corrumunt etiam quoad citatos.*
- 4 *Quid concurrentiae aliorum certa scientia.*
- 5 *Et quid ubi concurrat iustitia laica, itane si suis citatis, non potuerit impediri iudicium.*
- 6 *De iustitia causa super jurisdictione Episcopi.*
- 7 *Quando plures Clerici Ecclesiae inferiorem dicantur constituere Capitulum necesse, & quando Ecclesia sit Collegiata.*
- 8 *Interesse secundarium non attenditur, ac sufficit causam agere cum habente interesse principale.*

D I S C. XIII.

Archiepiscopo Verre Saponariae, de facto ibi exercente spirituale jurisdictionem, tractaque temporis praetendente hujusmodi exercitium privative ad Episcopum Marisganum. Hinc ule ab anno 1573. exorta fuit litis, sopita per sententiam Rotaem Manzandani de anno 1614. praevia decisione 26. Aprilis 1609. quae habetur impressa, *dec. 248. part. 2. rec.* pluribusque deinde editis decisionibus super occultatione processuum, & aliis ordinem concernentibus coram Burato, inter eius impressas: assumpta demum de anno 1621. disputatione super negotio principali, prodiit resolutio ad favorem Episcopi tantum informatam, ut liquet ex *dec. 578.* eisdem Buratt., que videtur in materia magistrals, tam circa situationis praesumptionem afficientem Episcopum componenti, abique alio oppositori, quam circa juris assentiam super dicta jurisdictione, privative ad alios, in locis & personis sine diceces; Realius autem licet moderno Archiepiscopo coram Bichio, dictamque Manzandani sententiam, tanquam nullam & iniustam impugnante, tres proderunt eodem anno 1647. resolutiones Episcopo favorabiles sub diebus 18. Februarii 17. Junii & 11. Decembris, quarum duae priores impressae sunt *part. 10. recent. dec. 24. & 87.* subsecutae etiam alia resolutione coram eodem super declaratoria ob non partitionem ex-

quato

quatorialium in vim dictae rei iudicate relaxatarum, que decisio est pariter impressa *dec. 303. eadem part. 10.* Verum Archiepiscopo his non acquiescens obtinuit committi causam resolutio in integrum in eodem Rota Corrado, coram quo die 26. Maji 1651. prodiit quoque resolutio Episcopo favorabilis, reestimando omnia merita negotii principalis in praecedentibus decisionibus firmata, ob impugnationem rei iudicate ex capite iniustitiae, Praesertim vero rejudicando morivum, in quo postissimum insisteretur super praetensa translatione antiquae dirutae Civitatis Grumentinae ad locum suum, & successive translatione iurium illius Ecclesiae, Tum ob factum non bene iustificatum. Tum etiam quia, tunc in novum locum, vel novam Ecclesiam transfertur iura & privilegia antiquae, quando Superioris ad id potestatem habentis auctoritate fit translatio, juxta glo. *in cap. privilegium, de res. Jur. in sexto.* Innoc. cap. cum ex iniustitia, *sub n. 2. de oper. non nunciacione.* Bald. in l. Civitates, §. in decurionibus, n. 3. ff. quod exiit que in universitatibus, cum aliis per Gratian. *disc. 496. num. 22. cum sequen.* ut liquet ex copia decisionis desuper edita, quae habetur impressa *dec. 133. part. 11. recent.* Et de illa materia translationis iurium Cathedralicorum habetur in *Sponsione Cathedral. sub tit. de praesentibus, hoc eod. libro disc. 2.*

3. Post decernalem autem & ultra acquiescentiam, Archiepiscopo successore, cuiusvis eandem controverfiam suscitaretur nomine Capituli Ecclesiae matricis, seu principalis eisdem loci coram Veropio, praetendendo omnia praemissa oportè gesta cum solo Archiepiscopo, qui dicebatur prima Dignitas dictae Ecclesiae, quam decisiones praedictae praesertim ultima coram Corrado enunciavit ac supponunt Collegiatam, non afficere ipsum Capitulum aequè principaliter interessatum in defensione iurium Ecclesiae; Unde propterea inferrebat, nedum ad consequentiam, quod non afficerent ipsum Capitulum, sed etiam ad sententiarum omniumque subsecutorum nullitatem, etiam respectu Archiepiscopi citati, ratione individualitatis ex Roman. *conf. 269. num. 21. Lap. alleg. 48. cum aliis per Spadam conf. 164. lit. 2. edito in causa Montis Regalis jurisdictionis, in qua habentur decisiones apud Beniam. 1193. 1233. & 1198. & apud Millin. *dec. 345.* Deducendo etiam generaliter in proposito firmata *dec. 105. in principio* apud Polh. *de manu.* & in Toletana decernatam de Capilla 8. Junii 1657. coram Veropio, cum aliis, de quibus supra, in Conversana *disc. 2.* Et ista occasione, scribentes pro eodem Capitulo, repetebat eadem motiva circa merita negotii principalis, jam deducta & rejecta in supra allegatis decisionibus coram Bichio & Corrado.*

4. His tamen non obstantibus, sub die 14. Martii 1664. prodiit resolutio Episcopo favorabilis, dictam scilicet rem iudicantem, cum omnibus subsecutis afficere etiam ipsum Capitulum, seu clerum nunc se opponentem, & resolutio confirmata fuit 30. Maji subsecutis; Atque mihi in his ultimis disputationibus tantum pro Episcopo scribenti, reflexendo etiam ad veritatem, iustae beneficii fundatae viis sunt d. resolutiones, Quoniam ubi etiam ista esset Ecclesia collegiata, & capitulum esset tale, ita ut defensionis causae aequè principaliter ad ipsum cum Praelato spectaret, Unde propterea intrare dicta conclusio, quam dicebam in puncto juris veram, Adhuc tamen cessaret applicatio ad factum, ex ejus particularibus circumstantiis, ratione ic. scientiae certae & incontrovertibilis, juxta quia hujusmodi iis tamdiu subsistentia in Rota cum expensis ipsius capituli, seu cleri, & communis laicorum potius quam Archiepiscopi, erat valde famosa & notoria in universa regione; Tum clarius quia ultima disputatio cor. Bich. an. 1649. super declaratoria ob non partitionem juxta *dec. 293. p. 10. rec.* habita etiam fuit cum illo capitulo, seu clero & communitate, Unde propterea talis scientia, juxta praesertim effectivam assentiam illi, aequipollere videtur citationi, ex *deductis in praetatis ultimis decisionibus coram Veropio.*

Et quamvis ista conclusio ita simpliciter sumpta, mihi videtur parum rata, qualis reputata fuit in allegata montis realis jurisdictionis, & merito, quoniam cum reo & possessori expediat vincere per non jus actoris, neque sibi incumbere debeat adversarium monere super validitate processus, idcirco non citatus potest comparere non debet, neque admitti ad causam pro adversarii processu revalidandam; quoniam rectè sciens & prudens, ita videns se non citatum licet irridere potest utpote certus de jure suo, & consequenter sola scientia in proposito, quamvis certa & indubitata, sufficere non videtur.

Eam tamen, posito etiam dicto jure coequali ac interesse

se principali, in hac facti specie sufficere dicebam, Tum ratione acquiescentiae postivae & partitionis dictis literis executorialibus; Tum fortius ratione iustitiae clare, qua concurrerent, ad vitandos inanes litium exitus, & quoties non constar per non citatum deduci motiva disputationis, ac nova disputatione digna, ex quadam non scripta laudabili aequitate, rejicitur talis nullitas, quae alias de stricto jure intraret, ut fuisse praesertim etiam in dicta Montis Regalis jurisdictionis, constat ex *lit. dec. 127. p. cor. Penia.* Ad quod confert recepta conclusio de qua in via materia *sub tit. de emp. & vend. non curati se.* in evicione neglectam denunciationem venditoris, quoties de iustitia evicionis constat, ita ut si citatus fuisset, eam non potuisset impedire, cum similibus.

5. Iustitia vero erat clara, quoniam ex multis non videbatur dubitari posse de situatione hujus loci intra limites diceces, qua posita, fundata remanet intentio Episcopi; dum nullum exhibebat privilegium, nec explicuit, neque implicuit, atque immemorabilis probata non erat, & de praesenti erat omnino improbabilis, ob diturnum tempus litis, quod est subducendum, illa vero probatio quae alias praetendebatur facta, convincenter excluditur in dictis decisionibus, quarum fundamenta commendiose in his disputationibus reasumebantur, ut responderetur omnibus antiquis motivis per scribentes in contrarium reasumptis.

6. Verum omnia haec dicebantur ad superabundantiam, cum difficultas magis de plano cessaret ex cessante jam dicto praesupposito, quod illa esset Ecclesia collegiata, eamque praesbyteri & clerici oppositores constituerent capitulum, cuius Archiepiscopo esset tantum prima dignitas; ita ut Ecclesia repraesentaretur ab universo corpore politico, cuius Archiepiscopo esset caput, reliqui vero membra, quo casu rectè dicebatur, defensionem iurium Ecclesiae esse coequallem, ac etiam principalem capituli, quoniam nullibi constabat de ista qualitate collegiatae, per privilegium Apostolicum, seu per antiquam consuetudinem bene probatam; Quinimo constabat de contrario, quoniam Episcopo consilente Sacri Cong. Rituum super assumptione nominis ac insignium canonicalium de facto, eadem S. Congr. de anno praeced. 1663. mandaverat utrumque prohiberi, dum de legitima collegialitatis erectione, vel probatione per signa univoca non constabat.

7. Licet enim juxta factis frequentem ac fore generalem illam partium consuetudinem, in dicta Ecclesia, tanquam unica parochiali, & matrice totius Oppidi numerosum populum habentis, plures adessent praesbyteri & clerici parochiales, ad illius servitium recepti, ac distributionibus, & emolumentis participantes, etiam ad formam collegii, seu capituli se congregantes, Missam conventualem, aliaque divina celebrare soliti, arcam, fundicum, & massam communem habentes; Nihilominus cessante formalis erectione cum auctoritate Apostolica, vel illis probationibus, & signis univocis, ac perne esse conclusentibus qualitate collegiatae, dicuntur potius consistere quamdam clericorum, seu capellanorum Congregationem, non autem collegium, seu capitulum formale, repraesentativum corporis Ecclesiae cum Rectore, seu Praelato, Gonz. ad *regul. 821. 19. n. 15. Caputaq. dec. 395. p. 1. cum aliis in Verulina Archiepiscopo byteratus cor. Carillo inter luas dec. 41. & 60. alias dec. 143. & 116. part. 7. rec.* & latius in Matheran. Archiepiscopo byteratus coram Corrado *dec. 147. p. 12. rec.* & habetur pluries *deduct. infra sub tit. de praem.* ad hanc materiam collegialitatis.

8. Quo posito resultat, defensionem Ecclesiae principaliter spectasse ad Archiepiscopum, tanquam illius unicum rectorem & administratorem, jus verò, seu interesse ad praesbyterorum, ac aliorum de clero & populo, esse secundarium, & consequitivum, in proposito non attendendum, cum illud solum operetur, ut habentes tale interesse repelli non possint a iudicio, atque possint admitti ad causam, assistendo ei, cum quo tanquam principali intereffato causa agitur, & qui solum necessario citandus est, ut generaliter de hac distinctione Inter jus coequali, ac aequè principale, vel accessorium & consequitivum habetur in allegata Toletana decernatam de Capilla 8. Junii 1657. cor. Veropio. & latius ac magis ex profuso in his terminis specialibus controverse jurisdictionalis cum Episcopo in Tiralonen. jurisdictionis 2. Decembris 1663. cor. V. Comit. de qua causa habetur infra hoc eod. tit. *disc. 22.* Et generaliter apud Mant. *dec. 230. & ad dec. 87. n. 2. cum seq. p. 5. rec.* & hoc pariter tunc plures in proposito fore competentes, & sub altero de fideicommissi super puncto, an se gesta cum herede gravato, vel uno ex fideicommissariis aliis praedictis; Multo magis dum cessante dicto coequali jure, concurrerant dictae aliae circum-

circumstantiis, ob quas dato etiam dicto iure coequali, ad huc huiusmodi gesta afficere deberent; Unde propterea effectus huius male constitutae excitationis literis iam scriptis fuit, quod ita ista occasione, oppositores amiserunt illam collegialitatis praerogativam & exultationem, quam saltem de facto ex communi opinione prius obtinebant: Cumque dictus clerus non acquiesceret, adiit Signatorem gratie habitam sub die 1668. pro obtinenda nova commissione, sed omnino reiectus fuit.

ANNOT. AD DISC. XIII.

Ista causa Maricensis. post eius statum in discussu recensitum, deinde proposita fuit in Signatura gratia ad instantiam capituli, seu cleri, porrecta nova commissione in Rota ex motivo iurium, ac processuum de novo repetitorum, sed omnino reiectum fuit.

FIRMANA JURISDICTIONIS PRO ARCHIEPISCOPO CUM COMMENDATARIO ABBATIE FAREN.

Causa scripta per concordiam.

An inferior Prælati regularis habens omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem cum clero, & populo intra limites eius, Monasterio, seu Abbatia adjacentes, tanquam in territorio separato, & nullius, eandem iurisdictionem habeat in Ecclesiis unitis, seu menbris & de mensa eiusdem Monasterii, sitis in alienis diocesis, etiam respectu clericorum eis inservientium, & populorum in eisdem sacramenta & divina recipientium.

SUMMARIUM.

- 1 Falli series cum decisione casus.
- 2 De iurisdictione Episcopi Fesulanus intus Civitatem Florentiam.
- 3 Praerogativa nil tollit, neque dat de novo.
- 4 De ratione ob quam ordinarii locorum in concernentibus curam & Sacramentum habent iurisdictionem in locis, & personis exemptis.
- 5 Quod importet Prælatus locorum exemptarum officii in eis vera ordinarii.
- 6 De ratione ob quam subsistit dictus casus Episcopi Fesulani.
- 7 Postquam hæc simul Episcopum, vel Archiepiscopum possidere Ecclesiam alteri Episcopo subiectam.

DISC. XIV.

Monasterium seu Abbatia Farsen. Ordinis S. Benedicti Congr. Cassinens. quod in eius tenimento, circumcirca, possidet utramque iurisdictionem, spirituales, & temporales in 24. vicibus Oppidis & locis ibi existentibus, cum omnimoda quasi Episcopali ac ordinaria & delegata iurisdictione, privative ad quemcumque Episcopum, cum territorio separato, & vera, non autem impropria qualitate nullius, possidebat etiam antiquitus eandem iurisdictionem Ecclesiasticam in aliquibus Castris adjacentibus diocesis Firmanae, cui per Greg. XIII. prævia dismembratione a d. Abbatia, applicata fuerunt, firmis tamen remanentibus eorumdem Castrorum Ecclesiis in earum antiquo statu regulari, & de eisdem Abbatie pertinentiis, etiam cum cura animarum ibi exerceri solita; Cum autem Urb. VIII. prævia secularizatione, collegia clericorum secularium in dd. Ecclesiis exisset, ita tamen quod huiusmodi secularizatione ac erectio nullum inferret præiudicium dictæ Abbatie, sub cuius iurisdictione, & superioritate continere deberent, prout antea; Hinc proinde Cardinalis eisdem Abbatia Commendatarius præterdare cepit omnimodam spirituales & quasi Episcopalem iurisdictionem etiam delegatam & in concernentibus curam animarum ac administrationem Sacramentorum privative ad Archiepiscopum qui tunc erat alter Cardinalis; Et benevole compromissa huiusmodi controversia in Card. Brancaccio, illius opera & dexteritate, post aliquas discussiones, ea scripta fuit per concordiam, per quam Commendatarius cessit dictæ prætensioni circa concernentia clero, & populum secularium, ac istorum curam; E converso autem Archiepiscopus cessit iurisdictioni, quæ sibi competere posset cum clericis, & aliis eisdem

Ecclesiis inservientibus, quamvis in eis non concurrerent tria requisita Constit. 67. Greg. XIII. necessaria ad exemptionem secularium inservientium Ecclesiis, & Monasteriis exemptis, de quibus requisitis latè ac particulariter habetur actum supra in Faventina. disc. 4.

In disputationibus vero habitis cor. dicti Cardinalis Arbitro, scribentes pro Prælati inferiori, magnum fundamentum constituebant in literis Apostolicis dictæ secularizationis, ac erectionis respectivis, in quibus dicebat, ut Abbas Farsen. in huiusmodi Ecclesiis facere possit universa, & singula, quæ locorum ordinarii in propriis Ecclesiis facere possunt & debent, ut de propterea inferbant, ita verum Ordinarium declaratum esse, & consequenter implicite concessum esse territorium separatum, non obstante situatione in diocesi Archiepiscopi, deducendo in hoc exemplum iurisdictionis, quam Episcopus Fesulanus omnimodam, & privative ad Archiepiscopum, possidet in quadam Ecclesia in Civitate Florentiæ, etiam quoad clero, & populum eisdem Ecclesie annexum, de qua iurisdictione agit Lapis alleg. 139. ubi etiam Calder. Abb. in c. super eo. de paroch. n. 6. Rota dec. 207. n. 5. p. 2. div. & ceteri, ac habetur actum hoc eodem tit. in Nazarena, ubi de casu consimili disc. 20.

Contrarium etiam cum sensu veritatis, dicebam probabilius scribens pro Archiepiscopo, quam d. literæ Apostolicæ editæ super secularizatione huiusmodi Ecclesiarum, revera aliud non continent nisi præservatam antiquæ iurisdictionis dicto Prælati inferiori competens in huiusmodi Ecclesiis tanquam regularibus & de sui Monasterii mensa; ne sc. immutatio status iurisdictionem cessare faceret. Et sic per viam simplicis præservativæ, cuius virtus & operatio est nihil tollere, minuitque aliud de novo tribuere, sed relinquere res in eo statu, in quo reperitur ex collectis dec. 378. n. 8. p. 9. & 281. n. 11. p. 10. rec. & scriptis, cum tunc dicitur importare aliquid de novo, quando præservativam faciens rectè fecit aliud jus non competere iuxta distinctionem Bart. in l. si quis legaverit, ff. de leg. 1. de qua d. dec. 278. nu. 9. par. 9.

Et sic fingere voluit, ac si eisdem Ecclesie continuarent in eodem antiquo statu regulari & subiectivo, quo etiam positum, ac non obstante exemptione ratione regularitatis competente, adhuc dicebam locum esse ad favorem Archiepiscopi, iurisdictioni a S. C. T. & Apostolicis Constitutionibus delegatæ in concernentibus curam animarum & sacramentorum administrationem, ac aliis sub eadem iurisdictione venientibus; Ex ea clara & convincenti ratione, de qua in Toletana disc. 1. & in aliis frequentur, quod sc. hæc iurisdictione exercei non dicitur per locorum ordinarios in ipsis Ecclesiis, vel personis exemptis directè, sed causativè, seu occasionaliter, ratione sc. proprii populi in ipsis Ecclesiis exemptis, ac a personis pariter exemptis sacramenta, & aliaque divina recipientibus, quoniam cum illi de populo dicantur oves in ipsius Episcopi, seu Ordinarii territorio viventes, ejusque curæ commissa, idcirco ad ipsum tanquam Pastorem inquirere pertinet, an eisdem ovis per inferiores Pastores, & ministros bene divina pabula ministrentur.

Neque præmissis obitare dicebam, quod in dictis literis disponeretur, Abbatem in huiusmodi Ecclesiis facere posse omnia ea, quæ locorum ordinarii in eorum Ecclesiis facere possunt, & debent, Quoniam ut advertitur in dicta Toletana, in Macerat. & in aliis hoc eod. tit. etiam privilegia S. Religionis Hierosolymitanæ, ac Cisterciensium, aliarumque Religionum eodem continent, quod se, Monasterium, seu Commendam Prælatus declaratur veri Ordinarii, Verum id intelligitur intra ipsorum Monasteriorum, seu Ecclesiarum ambitum, & quoad personas in eis viventes, non autem quoad territorium, in quo est punctus, & quoad populum in eodem territorio viventem, ex latius deductis in mox insinuatibus causis, & alibi super hæc eadem materia.

Alias etenim, retenta dicta prætensione Abbatis, dicebam quod unum de duobus perneccesse date oportebat, quorum unum cessabat in facto, & alterum implicite, in iure, vel sc. quod Urban. VIII. id destruyendo quod fecerat Greg. XIII. ipsa castra cum eorum territorio & populis, formiter dismembrare voluerit ac hæc diocesi, illaque restituerit Abbatie, eodem modo quo antea erant, quod in literis Apostolicis, nec in verbis, nec in sensu, modo aliquo continebatur, vel quod ita, in uno eodemque corpore darentur duo capita, quod de iure implicat.

Quo vero ad exemplum Episcopi Fesulan. respondebam, quod quidquid sit de veritate assumpti, de quo Lapis, & ceteri, quod potius ratione antiquissima obliterantia, ac

scien-

scientiæ, & implicite approbationis Sedis Apostolicæ subiecti videtur, ibi concurrat quadam particularis circumstantia, ut ita sc. ille Episcopus aliquem honorificum residentem locum habeat, atque Episcopali dignitati aliquid plus tribueretur. Eodem modo, quo idem habetur in Archiepiscopo Nazarena in Ecclesia in insigni oppido Barolitanico diocesis Tranen. ob residentiam quam ibi habet dictus Archiepiscopus, cui ratione patriæ Domini Nostri nonnulla specialia conceduntur, de quibus in dicta Nazarena hoc eod. tit. disc. 20. Et quamvis scribentes in contrarium replicarent, etiam hunc Abbatem habere omnimodam iurisdictionem ordinariam, & Episcopalem, ita ut habeatur tanquam Episcopus, Dicebam tamen non intrare comparationem, cum id in dictis casibus concedatur ratione residentie, quæ per dictos Episcopos habetur in loco, quæ ratione cessante, non implicat, etiam Episcopum, vel Archiepiscopum in aliena diocesi possidere Ecclesiis, ipsi Diocesis, in concernentibus præsertim curam animarum, & administrationem Sacramentorum subiectas, juxta casum de quo infra in Amalphitanis iurisdictionibus disc. 21. ubi de Archiepiscopo Salernitano possidente Ecclesiam in diocesis Nucernina, & Amalphitana, iure & titulo simpliciter Rectoris, omnimoda verò, quam habet Abbas Farsen. est in suo territorio, quod est separatim a quacumque diocesi, ac nullius verè & propriè, ita ut sitam diocesis constituit.

ANNOT. AD DISC. XIV.

Probabile est, quod in ista Firmana, alia innovatio facta non sit, dum in Archiepiscopatu usque ad initium ann. 1674. continuatur idem Card. Gualterius, & ex eius dimissionis nepos, quorum ambo in omnibus meam adhibebat operam, & tamen de ista causa aliud motivatum non audivi; Quæ denuo reflectendo ad iam deducta in discursu, videtur, quod solida sint, cum ita sit proptus impossibile prædicare istam speciem separationis territorii, præterquam ex quadam rara, & privilegiata separatione facta, juxta casum, de quo infra, disc. 20. & 33.

S. SEVERINI PAROCHIALIS PRO EPISCOPO COMMENDATARIO MONASTERIORUM S. MARIE DE RAMBONA, AC SS. LAURENTII, ET EUSTACHII URBANUM.

Causa scripta per Rotam pro Commendatario.

De eadem materia discursus præcedentis, an scilicet Prælatus Regularis cum omnimoda iurisdictione & territorio separato in loco sui Monasterii, eandem iurisdictionem habeat in Ecclesiis subiectis, & de mensa, in alienis diocesis existentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Falli series cum decisione casus.
- 2 De nullius improprio in loco sito in Diocesi.
- 3 In parochialibus exemptis non servatur concursus, & num. 5.
- 4 De ratione, ob quam Ordinarius habet iurisdictionem in Ecclesiis & personis exemptis ratione curæ, & Sacramentorum.
- 5 De eadem conclusione, de qua n. 3. quæ declaratur.
- 6 Ex indulto Ecclesie censite, seu simpliciter subiecte ad sumere possunt naturam Ecclesiarum unitarum.

DISC. XV.

Vacante Ecclesia Parochiali, seu Plebania caltri Petini, Commendatarius Monasteriorum infimul unitorum S. Marie de Rambona, & SS. Laurentii & Eustachii, illam contulit cuidam Antonio, Episcopus vero, in cuius diocesi d. castrum situm est, prævio consensu ad formam a S. C. T. præscriptam, illam contulit cuidam Bontio in concursu præelecto, unde propterea ortu desuper controversia, & commissa causa in Rota cor. Bevilacqua, sub die 12. Januarii 1660. prodidit resolutio favorabilis Commendatario, seu pro viso per eum; Et quamvis edita decisione ego scribens pro Episcopo, etiam cum sensu veritatis, insinuatam eam, prout stat, nullo modo sustentabilem videri, atque in nova disputationis trutinam probabilis iuxta tribunalis integritatem atque laudabilem consuetudinem sperandum esse recessum, nihilominus idem Episcopus ad litium sumptibus forte deter-

ritus hucusque noluit novæ disputationis experimentum assumere; adit tamen S. Congr. Conc. cum eisdem informationibus in Rota datis, licet vero dictæ Congreg. Patres concorditer in sensu diverso essent adversus decisionem prædictam; Nihilominus dum agebatur de causa jam in dicto Tribunali ac in forma contentiosa introducta, juxta stylum, fundatum etiam in Const. 74. Sixti V. super earundem Congregationum erectione, noluit desuper respondere, sed remisit causam ad eandem Rot. atque in hoc statu causa reperitur.

Resolutionis prædictæ fundamentum potissimum fuit indultum Apostolicum de ann. 1641. per Urb. VIII. concessum Cardinali Commendatario, in quo prævia narrativa exemptionis dictis Monasteriis concessa per Celestinum, & Honorium III. ac etiam litis vententis cum hoc Episcopo S. Severini super iurisdictione saltem delegata in Ecclesiis eorumdem Monasteriorum actuali cura carentium, tam in Ecclesiis prædictis, quam in aliis eorumdem præfatis monasteriis, solventibus, Ecclesiasticam iurisdictionem Commendatario pro tempore concessit, privative ad dictum Episcopum, omnemque alium loci ordinarium, qui nullo pacto in eis ingerere se possit, constitutis eundem Commendatarium Sedis Apostolicæ delegatum.

Ex quo indulto pro decisionem inferitur, ita omnes Ecclesiis dictis Monasteriis censum solventes, inter quas erat ista, quamvis in alienis diocesis sitas, effectus videri nullius, & de territorio separato, juxta eam impropria spectem nullius, quæ datur etiam in locis, vel Ecclesiis in alieno territorio existentibus, & undique ab eo circumdatis, juxta casum de quo dec. 373. p. 11. rec. de quo habetur infra in Maricana disc. 18. ac etiam casum de quo in Laetana, & in Romana capella, seu præmencianum pariter infra, hoc eodem tit. disc. 33. & 35.

Reflectendo autem ad veritatem, mihi videbatur, ut quoad punctum, qui controversia occasione concedat, super provisione sc. hujus Ecclesie parochialis, inspecta substantia, iustitia assisteret magis Commendatario, quoniam cum ista Ecclesia supponeretur subiective unita, & membrum ad Monasterium, vel alicuius eorum, exinde resultabat non intrare concursum juxta formam a S. C. T. præscriptam, sed provisionem faciendam sc. ad nominationem Prælati, seu Rectoris Ecclesie, cui illa est unita juxta constitutionem Pii V. sub approbatione tamen, tam circa idoneitatem, quam circa vitam, & mores per loci Ordinarium, ut in Senogallien. parochialis, & in aliis in via materia sub tit. de paroch.

Quo vero ad modum, ut se Commendatario licitum esset, omnino independentem ab Ordinario, etiam circa dictam approbationem, ac successivam iurisdictionem, in concernentibus curam animarum & administrationem sacramentorum, d. Ecclesiam providere, tanquam in loco vere nullius, & de territorio separato, ut est sensus decisionis omnino improbabilis, nullique fundamento innixa videbatur dicta resolutio, quoniam ut frequentes in præcedentibus habetur, punctus iurisdictionis per S. C. T. & Apostolicas constitutiones delegatæ Episcopis, seu locorum Ordinariis, non consistit in ipsis Ecclesiis materialibus, minuitque in personis eorumdem Ecclesiarum (servitio additis, sed in populo seculari vivente in territorio, & diocesi Episcopi, qui dicitur illarum ovium pastor, & consequenter quantumcumque amplum sit privilegium exemptionis ipsarum Ecclesiarum, earumque personarum, etiam si constitutum qualitatibus nullus, & improprie territorii separati, ut supra, non inde tamen inferri potest ad iurisdictionem activam in clerum, & populum viventem in alieno territorio, atque ad illius curam, & administrationem independentem a proprio Episcopo, & successive illa superioritas, seu delegata iurisdictione, quæ locorum Ordinarii in Ecclesiis, & personis quantumvis exemptis ratione curæ, & Sacramentorum tribuitur, est causativa, & in ratione passiva ipsius populi subiecti, quasi quod non subditus, & exemptus volens se ingerere in cura, & regimine ovium Episcopo commissarum, ita per quemdam quasi contractum, propria exemptioni renunciare videatur, atque se subiecte illi, cuius administrationem suscipit. Admitat illius, qui alias non subditus, sit talis ratione numeris, seu administrationis ab aliquo susceptæ circa concernentia ipsam curam, vel administrationem, ac alias, cum frequenter casus tribuitur, quod aliquid monasterium, seu alia Ecclesia major, ut in specie casus dabit in his monasteriis, multas Ecclesias subiectas, & de mensa, hæc censitas habent in pluribus diocesis ipsarum, esset dare maxima inconvenientia pene im-

pra-